MASTER NEGATIVE NO. 91-80261-3

MICROFILMED 1991

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES/NEW YORK

as part of the
"Foundations of Western Civilization Preservation Project"

Funded by the
NATIONAL ENDOWMENT FOR THE HUMANITIES

Reproductions may not be made without permission from
Columbia University Library

COPYRIGHT STATEMENT

The copyright law of the United States -- Title 17, United States Code -- concerns the making of photocopies or other reproductions of copyrighted material...

Columbia University Library reserves the right to refuse to accept a copy order if, in its judgement, fulfillment of the order would involve violation of the copyright law.

AUTHOR:

STUDEMUND, WILHELM

TITLE:

MENANDRI ET PHILISTIONIS...

PLACE:

S. L.

DATE:

1887

Master Negative #

91-80261-3

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES
PRESERVATION DEPARTMENT

BIBLIOGRAPHIC MICROFORM TARGET

Original Material as Filmed - Existing Bibliographic Record

88M52
DM

Studemund, Wilhelm, 1843-1889.

... Menandri et Philistionis comparatio cum appendicibus edita a Guilelmo Studemund. [Breslau] typis Officinae Universitatis [1887]

42 p. 26½ cm.

At head of title: Index lectionum in Universitate litterarum Vratislaviensi ... MDCCCLXXXVII ...habendarum ...

395461

Restrictions on Use:

TECHNICAL MICROFORM DATA

FILM SIZE: 35 mm REDUCTION RATIO: 14x

IMAGE PLACEMENT: IA (IIA) IB IIB

DATE FILMED: 1-17-92 INITIALS ER

FILMED BY: RESEARCH PUBLICATIONS, INC WOODBRIDGE, CT

395461 ŋ 88M52
DM
E.M.

Philistion, of Prusa
Menander, of Athens

268776

AIIM

Association for Information and Image Management
1100 Wayne Avenue, Suite 1100
Silver Spring, Maryland 20910
301/587-8202

Centimeter

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 mm

1 2 3 4 5

Inches

1.0 1.1 1.25 1.4 1.6 1.8 2.0 2.2 2.5 2.8 3.2 3.6 4.0 4.5 5.0 5.6 6.3

MANUFACTURED TO AIIM STANDARDS
BY APPLIED IMAGE, INC.

Menandri et Philistionis.

88 M52
M

88M52 DM
Q

Columbia University
in the City of New York
Library

BOUGHT FROM
THE
Henry Drisler
Classical Fund
1895

4310
120.

77

COLUMBIA
UNIVERSITY
LIBRARY

INDEX LECTIONUM

IN

UNIVERSITATE LITTERARUM VRATISLAVIENSI

PER AESTATEM ANNI MDCCCLXXXVII

A DIE XVI. MENSIS APRILIS

HABENDARUM.

PRAEMISSA EST MENANDRI ET PHILISTIONIS COMPARATIO CUM APPENDICIBUS EDITA
A GUILELMO STUDEMUND.

TYPIS OFFICINAE UNIVERSITATIS (W. FRIEDRICH).

COLUMBIA

COLUMBIA
UNIVERSITY
LIBRARY

INCERTI SCRIPTORIS

ΜΕΝΑΝΔΡΟΥ ΚΑΙ ΦΙΛΙΣΤΙΩΝΟΣ ΣΥΓΚΡΙΣΙΣ

CVM APPENDICIBVS.

Μενάνδρου καὶ Φιλιστίωνος Σύγκρισις sive 'Menandri et Philistionis Comparatio' hodie ab omnibus vocatur ea 238 trimetrorum iambicorum congeries, quae ab Iano Rutgers Lugduni Batavorum anno 1618 edita est in Variarum Lectionum libro quarto (p. 356—367). Confusas autem esse hac congerie duas trimetrorum Menandro et Philistioni adscriptorum collectiones diversas ex eis apparebit, quae de 'Comparationis' editione principe et codicibus statim exponentur.

Primum enim edita est „ΜΕΝΑΝΔΡΟΥ καὶ ΦΙΛΙΣΤΙΩΝΟΣ γνωμικὴ σύγκρισις. MENANDRI et PHILISTIONIS sententiae comparatae. EX BIBLIOTH. REGIA. cura NIC. RIGALTII. LVTETIAE, Excudebat Rob. Stephanus. CIϽ IϽ C XIII." Praefationis loco huic editioni principi (nobis „Ri") praemissa a Rigaltio sunt haec: „Quae Menandri nomen heic prae se ferunt, Menandri esse non facile praestiterim; neque item quae Philistioni tribuuntur, esse Philistionis; sive is fuerit Philistio, quem Socratis vel Isocratis aevo vixisse, et κωμῳδίας βιολογικὰς scripsisse refert Suidas, sive is qui Martialis epigrammate ridiculus, et chronicis Eusebianis Tiberii principatu μιμογράφος nuncupatur. nam inter ista quae gnomicae huius ecloges auctor, Tzetzes fortean aut Planudes, aut aliquis huiusmodi Graeculus, ex Menandro collegit, decem aut duodecim versus in Stobaei collectaneis ex Menandro itidem citatos deprehendi: ex iis vero quae heic Philistioni tribuuntur, quindecim aut circiter apud eundem Stobaeum legere memini, sed ex Philemone vel Phileta desumtos. itaque haereo, nec quid statuam habeo, nisi, fragmenta isthaec, quae praecipua morum scientiae capita complectuntur, nec Menandro, nec Philemone indigna videri. reperiuntur autem in duobus regiae bibliothecae codicibus imperite admodum descripta; et, quod molestissimum fuit, ineptis glossematum ad numeros iambicos plerumque cadentium interiectionibus intricata. selegi quae vetusta esse subodoratus sum: cetera reieci. quamquam et in his etiam quae retinui, nonnulla reicula videri posse non infitior." Hanc praefationem excipit (p. 5 — p. 15 med.) Comparationis contextus graecus, qui hos tantum nostrae editionis versus comprehendit: 1—6. 8—26. 29. 30. 32—38. 41. 42. 44—52. 55—60. 61a. 62b. 63—88. 91—93. 98—100. 104—124. 131. 133—139. 143—152. 166—178. 182—185. 189—195. 199. 200. 205—210. 153—160. 163. 162. 89. 90. In 'Notis' autem, quae sequuntur (p. 15 med. — p. 19), Rigaltius et emendationes addidit et locos aliquot similes aliorum scriptorum congessit et longe plurimos eorum versuum exscripsit, quos cum in codicibus regiis invenisset, quia ex glossematis conflati aut nimis depravati esse viderentur, in editionem recipere noluit.

Ri

Rigaltius

268776

JUN 22 1899

July 19, 1922 EM.

E M 7 A1 1900

Plurimi eorum, quos ab editione secluserat, versuum in Rigaltii 'Notis' sepulti hodie quoque latitant, quoniam Ianus Rutgers, qui Rigaltiana editione parum diligenter usus est, et Hugo Grotius, qui aliquanto accuratius Rigaltii 'Notas' perlegit, perpaucos eorum ex tenebris resuscitaverunt, ei autem, qui post Grotium Menandri et Philemonis fragmentis operam dabant, Rigaltianam editionem, quam in plurimis bibliothecis publicis [1]) frustra quaeras, inspicere ad unum omnes neglexerunt. Attamen insunt in Rigaltii 'Notis' aliquot versus optimae notae, quamquam non paucos recto iudicio a Rigaltio seclusos esse concedendum est.

Qui sint „duo" illi „regiae bibliothecae codices", ad quorum fidem Rigaltius editionem principem se curasse dixit, facile est inventu. Etenim teste Meloto in „Catalogi codicum manuscriptorum bibliothecae regiae" tomo secundo (Parisiis 1740) p. 543 et p. 400 'Sententiarum Menandri et Philistionis comparatio' legitur in codice Parisino graeco 2720
Q (nobis *Q*) et 'Philistionis et Menandri sententiarum σύγκρισις' in Parisino graeco 1773
P (nobis *P*), neque ullum praeterea 'Comparationis' codicem possidet bibliotheca Parisina.

De his libris *Q* et *P* nuper in 'Wochenschrift für klassische Philologie' Berolini a. 1886 p. 1584 sqq. ita egimus, ut probaremus metrica illa 'τῶν ἑπτὰ σοφῶν ἀποφθέγματα', quae in *P* fol. 233^{v}—236^{v} exstant, ex ipso *Q* transcripta esse. *Q* manu Scipionis Carteromachi Pistoriensis (i. e. *Scipione Fortiguerri*) saeculo XV exeunte scriptus videtur, codicem *P* manu Βαρθολωμαίου τοῦ Κομπαρίνου anno 1493 exaratum esse constat. Ordo libellorum in *Q* hic est: I. fol. 1^{r} — fol. 2^{v} (sub finem): μενάνδρου καὶ φιλιστίωνος σύγκρισις (i. e. nostrae editionis versus 1—210); II. inde a paenultima folii 2^{v} linea usque ad folii 5^{r} partem superiorem: metrica illa, de quibus dixi, τῶν ἑπτὰ σοφῶν ἀποφθέγματα; III. fol. 5^{r} — fol. 5^{v} med.: Menandri et Philistionis sententiae illae δίστιχοι nulla praemissa inscriptione, quas in nostra editione appellavimus MENANDRI ET PHILISTIONIS DISTICHA PARISINA (vers. 1—62), Ianus Rutgers (omissis versibus 59—62 nostrae editionis) 'Comparationi' inseruit (= 'Comparationis' a Rutgersio editae vers. 170—227); IV. fol. 5^{v} (med.): historiolae nonnullae [2]);

[1]) veluti in Argentoratensi, Berolinensibus, Bonnensi, Carolsruhensi, Darmstadina, Dresdensi, Erlangensi, Friburgensi, Gissensi, Gottingensi, Halensi, Heidelbergensi, Kiliensi, Lipsiensi (universitatis), Marburgensi, Monacensibus, Monasteriensi, Pragensi, Regimontana, Rostochiensi, Stuttgartensi, Vindobonensibus, Virceburgensi, Vratislaviensibus. Possident Rigaltianam editionem bibliothecae publicae Hamburgensis, Lipsiensis (senatoria), Vimariensis.

[2]) Historiolae hae sunt in *Q* (fol. 5^{v}) et in *P* (fol. 230^{v}):

Στρατόνικος ὁ κιθαριστὴς θεασάμενος τίνα (sic *QP*) ἀφυῶς τοξεύοντα· ἀπελθὼν ἔστη παρὰ τὸν σκοπόν· πυνθανομένου δέ τινος τὴν αἰτίαν ὅπως ἔφη μη (sic *QP*) πληγῶ. [cf. Maximum II p. 678 (ed. Combefis); Antonii Melissam p. 66 ed. Gesner].

Αἴσωπος ἐρωτηθεὶς τί ὄφελος τοῖς ψευδομένοις ἐκ τοῦ ψεύδους ἔφη (sic *P*, εφη *Q*)· τὸ κἂν ἀληθῆ λέγωσι μὴ πιστεύεσθαι. [cf. Maximum II p. 625; Arsenium p. 93 ed. Walz; Florilegium Monacense § 239 (Σωκράτης)].

Ἀριστοτέλης θεασάμενος νεανίσκον κατωφρυώμενον (sic *QP*)· μηδὲν δὲ ἐπιστάμενον· νεανίσκε ἔφη· οἷος μὲν δοκεῖς αὐτὸς εἶναι ἐγὼ γενοίμην. οἷος δὲ τῇ ἀληθεία ὑπάρχεις· τοιοῦτοι (sic *QP*) μοι οἱ ἐχθροὶ γένοιντο (sic *Q*, γένοιτο *P*). [cf. Curtium Wachsmuth in 'Festschrift zur Begrüssung der . . . XXXVI. Philologen-Versammlung' Friburgi 1882 p. 17 num. 75].

Ὁ αὐτὸς κατανοησάμενος μειράκιον ἐπὶ πολυτελεία τῆς χλαμύδος σεμνυνόμενον (sic *QP*)· οὐ παύσῃ ἔφη μειράκιον ἐπὶ προβάτου (sic *P*, προβατου *Q*) σεμνυνόμενος ἀρετῇ. [cf. Maximum II p. 624; Antonii Melissam p. 141; Gnom. Basil. (ed. Froben a. 1521) p. 151; Arsenium p. 122 ed. Walz].

V. fol. 6 — fol. 12: epigrammata; VI. fol. 15^{r} et fol. 15^{v} init.: ἀποφθέγματα διάφορα [1]). — Ab eo, qui codicem *P* scripsit, libellorum ordo hoc modo mutatus est: I. (fol. 226^{r}—229^{r}

[1]) Apophthegmata, quae, si a 6—10 recesseris, fere secundum litterarum, a quibus auctorum nomina (Ἀνάχαρσις, [Ἀρίστιππος,] Ἀντισθένης, Ἀριστοτέλης) incipiunt, ordinem disposita sunt, haec exstant in *Q* (fol. 15^{r} et 15^{v} sup.) et in *P* (fol. 230^{v} inf. — fol. 231^{v} sup.):

ἀποφθέγματα διάφορα.

(1). Ἀνάχαρσις ἀστραγαλίζων καὶ ἐπιτιμηθεὶς ὅτι παίζει· ἔφη ὥσπερ τὰ τόξα διὰ παντὸς τεταμένα ῥήσσεται (sic *QP*). ἐπὰν (ἐπ'αν *Q*, ἔπαν *P*) δὲ ἀνεθῇ εὔχρηστα γίνεται πρὸς τὰς χρείας, οὕτω καὶ λογισμὸς ἐπὶ τῶν αὐτῶν μένων. [cf. Wachsmuthium in 'Festschrift etc.' p. 20 num. 101].

(2). Ὁ αὐτὸς ἐρωτηθεὶς ποῖος ἐστὶ χαλεπώτερος θάνατος, ἔφη ὁ τῶν εὐτυχούντων. [cf. Wachsmuthium ibid. num. 103].

(3). Ὁ αὐτὸς ἔλεγε· κρεῖττον εἶναι ἕνα φίλον ἔχειν πολλοῦ ἄξιον ἢ πολλοὺς μηδενὸς ἀξίους. [cf. Wachsmuthium ibid. p. 15 num. 63].

(4). Ὁ αὐτὸς ἔφη τότε τὰς πόλεις ἀπολλύναι· ὅταν μὴ δύνωνται τοὺς φαύλους ἀπὸ τῶν σπουδαίων διακρίνειν. [cf. Laert. Diog. VI 5 p. 135, 13 ed. Cobet, ubi haec sententia Antistheni tribuitur aeque atque apud Maximum II p. 561 (ed. Combefis) et in Antonii Melissa p. 80 (ed. Gesner)].

(5). Πλάτωνος εἰσελθόντος πρὸς Ἀρίστιππον μαλακῶς ἔχοντα (inc. fol. 231^{r} *P*) καὶ πυθομένου πῶς διάγοι, ἔφη τὸν μὲν σπουδαῖον καὶ πυρέττοντα καλῶς ἔχειν· τὸν δὲ φαῦλον καὶ μὴ πυρέττοντα κακῶς.

(6). Λόγω ἡγεμόνι χρώμενος ἐν παντὶ οὐκ (sic *QP*) ἁμαρτήσεις. [cf. Henricum Schenkl in 'Wiener Studien' VIII p. 272 num. 57].

(7). Λυποῦντα τὸν πλησίον οὐ ῥάδιον αὐτὸν ἄλυπον εἶναι. [cf. H. Schenkl ibid. num. 58].

(8). Πεῖραν ἀνθρώπου ἐκ τῶν ἔργων μᾶλλον λάμβανε ἢ ἐκ τῶν λόγων. πολλοὶ γὰρ βίω μὲν εἰσὶ κακοί· λέγειν δὲ πιθανοτανότατοι (sic *QP*). [cf. Gildemeisterum in Herm. IV p. 93 sq. num. 62, H. Schenkl l. c. p. 275 num. 83].

(9). Ῥαδίως μὴ μακαρίσῃς ἄνθρωπον σαλεύοντα, ἐπὶ φίλοις ἢ τέκνοις ἢ τισὶ τῶν ἐφήμερον τὴν σωτηρίαν ἐχόντων· ἐπισφαλῆ γὰρ πάντα τὰ τοιαῦτα τὸ δ' ἐφ' ἑαυτὸν (sic *QP*) ὀχεῖσθαι καὶ τοῦ θεοῦ μόνον βέβαιον. [cf. Gildemeisterum l. c. p. 94 num. 70, H. Schenkl l. c. p. 276 sq. num. 91].

(10). Ψυχῆς ἄγνης (sic *QP*) τόπον οἰκειότερον ἐπὶ γῆς οὐκ ἔχει ὁ θεός. [cf. Gildemeisterum l. c. p. 98 num. 94, H. Schenkl l. c. p. 280 num. 119]. Apophthegmata num. 6—10 secundum litterarum eius, a quo initium fit, vocabuli ordinem disposita sunt.

(11). Ἀντισθένης ἐρωτηθεὶς ποῖον ἄριστον μάθημα ἔφη τὸ ἀπομαθεῖν τὰ κακά. [cf. Laert. Diog. VI 7 p. 135, 27 ed. Cobet (= Antisthenis fragm. 108 ed. Mullach); Maximum II p. 585 et Antonii Melissam p. 56 (Σωκράτης); Gnomologium quod dicitur Ioannis Damasceni in codice Laurentiano VIII 22 saec. XIII servatum (ed. Gaisford post Stobaei eclogas, Oxonii 1850) II cap. 13, 35; Florilegium Monacense § 138 ed. Meineke (Κῦρος ὁ βασιλεύς)].

(12). Ἀριστοτέλης ἐρωτηθεὶς διά τι (sic *QP*) μέγας ὢν μικρὰν γυναῖκα ἔγημεν, ἔφη· κακῶν ἐκλογὴν ποιούμενος τὸ ἐλάχιστον ἐξελεξάμην. [cf. Florilegium Baroccianum 254; Boissonadii Anecd. Graec. III p. 467; Plutarch. de frat. am. p. 482a (ὁ . . . Λάκων); Antonii Melissam p. 107 (Δημοκρίτου)].

(13). Ὁ αὐτὸς ἔλεγεν ὡς ἡ μὲν ὅρασις ἀπὸ τοῦ περιέχοντος ἀέρος λαμβάνει τὸ φῶς, ἡ δὲ ψυχὴ ἀπὸ τῶν μαθημάτων. [cf. Laert. Diog. V 1, 11 p. 115, 2 ed. Cobet; Florilegium Monac. § 198 (Ζήνων)].

(14). Ὁ αὐτὸς ἀκούσας ὑπό τινος λειδορεῖσθαι (sic *QP*) ἔφη· ἀπόντα με καὶ μαστιγούτω. [cf. Laert. Diog. V 18 p. 115, 15 ed. Cobet; Maximum II p. 563 et Florilegium Monac. § 250 (Σωκράτης); Antonii Melissam p. 134 (anon.)].

(15). Ὁ αὐτὸς μακρὰν νόσον νοσήσας· ὡς ἀνερρώσθη ἔφη· ὑπέμνησεν ἡμᾶς ἡ νόσος μὴ μέγα φρονεῖν θνήτοὺς (sic *QP*) ὄντας. [cf. Pseudo-Plutarch. reg. apophth. p. 182b (Ἀντιγόνου); Stobaeum flor. XXI 15 et Maximum II p. 624 et Antonii Mel. p. 141 et Gnom. Basil. p. 146 (Ἀλέξανδρος)].

(16). (inc. fol. 15^{v} *Q*) Ὁ αὐτὸς ἔλεγε τοὺς μὴ ὀργιζομένους ἐφ' οἷς δεῖ, ἠλιθίους τοὺς δὲ ἐφ' οἷς μὴ δεῖ ἀναισθήτους. τοὺς δ' ἀνεχομένους ἐπὶ τῷ προπηλακίζεσθαι ἀνδραπώδεις (sic *QP*). [cf. Aristot. eth. Nicom. IV p. 1126^{a}, 4 sqq.].

(17). Ὁ αὐτὸς ἔφη κοινὸν εἶναι τὸν ὕπνον ψυχῆς καὶ σώματος. (inc. fol. 231^{v} *P*) αἴτιον δὲ αὐτοῦ τὸ ἀναθυμιασθὲν (sic *QP*) ἀπὸ τοῦ θώρακος ὑγρὸν· εἰς τοὺς περὶ κεφαλὴν τόπους ἐκ τῆς ἀποκειμένης (sic *QP*) τροφῆς. [cf. Pseudo-Plutarch. de plac. philos. p. 909f (Aristot. de somn. 1 et 3)]: —

Sequitur in *Q* ποσειδίππου ἢ κράτητος τοῦ κωμικοῦ: ποιὴν τίς βιότοιο τάμοι τρίβον εἰν ἀγορῇ μεν κτλ. [i. e. Anthol. Pal. IX 359].

inf.), III. (fol. 229^r inf. — fol. 230^v sup.), IV. (fol. 230^v), VI. (fol. 230^v med. — fol. 231^v sup.), II. (fol. 233^v — fol. 236^v). Voluit igitur libellos propter argumentum cognatos inter se consociare. Hoc modo effectum est, ut 'Comparatio' cum 'Menandri et Philemonis Distichis Parisinis' unum librum efficere videretur. Ceterum *Q* et *P* accuratissime inter se consentiunt, nec tamen desunt loci, quibus codex *Q* ita praestet codici *P*, ut quin hic ex illo transcriptus sit, dubitari vix possit: cf. quae ad 'Comparationis' versus 73. 126. 147. 184. 187. 190 et ad 'Distichorum' versus 59. 62 adnotavimus. Versuum distinctio in *QP* nulla quidem est, non tamen pauca supersunt puncta in versuum confinio, quibus olim in eo, ex quo *Q* derivatus est, codice aut deperdito aut alicubi delitescente versuum fines significati erant. In solo *P* inde a versu 1 usque ad versum 38 in plurimorum versuum fine etiam lineola recta | minio appicta est. Desunt in *QP* iota subscripta omnia. In *Q* omnia verba atramento scripta sunt. Itaque quoniam 'Comparationis' et 'Distichorum' contextus in *QP* solutae orationis speciem prae se fert, mirum non est, quod non tantum singulae litterae et singula verba corrupta sed etiam vocabulis licenter transpositis vel omissis et insertis glossematis trimetri iambici a genuina forma multifariam detorti sunt, quod idem factum esse in eorum versuum memoria, qui τῶν ἑπτὰ σοφῶν ἀποφθέγματα in *QP* inscribuntur, docui in 'Wochenschrift für klass. Philologie' a. 1886 p. 1585 sqq.[1])

Librorum *QP* lectiones non male nec tamen prorsus accurate enotavit Rigaltius ac multos locos tacitus correxit. Qui quin revera his ipsis codicibus *Q* et *P* usus sit, ne quid remaneat dubitationis, et eas lectiones, quas in ipso verborum contextu exhibuit, „Ri" litteris significatas, et eas, quas in 'Notis' commemoravit, adscripto nomine „Rigaltius" omnes enumerabimus in apparatu critico.

Morellus 'Comparationem' a Rigaltio anno 1613 editam latinis versibus anno proximo expressit Nic. Morellus, cuius libellus sic inscribitur: „MENANDRI ET PHILISTIONIS SENTENTIAE COMPARATAE. NIC. MORELLVS, FEDERICI fil. Interpr. Reg. Senariis Iamb. Lat. expressit. LVTETIAE, Apud FEDERICVM MORELLVM Architypographum Regium. M.DC.XIV." Idem in 'NOTIS' non tantum aliquot versuum emendationes proposuit, sed etiam 'Comparationis' versus 7. 43. 94. 201—204 ex Rigaltianis 'Notis' protraxit et addidit.

Ru Rigaltii et Morelli libellos sequitur editio Rutgersiana (nobis „Ru"). Quam cum curaret Ianus Rutgers (Var. Lect., a. 1618, p. 355 sq.), haec fere praemonuit: „Elegantissimum hunc libellum e bibliotheca Regia primus evulgavit ... Rigaltius, cum quo arctissima mihi familiaritas Lutetiae intercessit. Neque nobis fuisset opus, falcem nostram in alienam messem immittere, nisi exemplar longe auctius nacti fuissemus.... De Auctore nihil comperti habemus. Alteram harum Sententiarum partem Menandri esse, ut titulus indicat, admirabilis earum lepos ac venustas evincit. Alteram non Philistionis, sed Philemonis esse, satis argumenti sit, quod earum multae sub eius nomine citentur a Stobaeo. Et videtur huius compilationis auctor illud par, quod olim in Scena semper concurrerat, rursus confligere voluisse. Horum nominum confusio inde videtur orta, quod auctoris nomen primis tantum literis designatum erat." Et profecto auctus quidem est numerus versuum, si cum Ri contuleris. Nam Ru (p. 356 — p. 367) hos exhibet nostrae editionis versus: 'Comparationis' versus 1—26. 29—38. 41—52. 59—65. unum versum ex Stobaeo

[1]) Errores a typographo in illa commentatione commissos enumeravi in 'Wochenschr. f. klass. Phil.' a. 1887 p. 94; adde quod in Apophthegmatum versu 218 in *QP* non ἀντεξουσίως traditum est, sed αὐτεξουσίως.

interpolatum. 66—93. 98—100. 105—124. 131. 133—139. 143—152. 166—178. 182—185. 189—195. 199—210. 157—163; 'Distichorum' versus 1—58; 'Comparationis' versus 153—160. 163. 161. 162. Hac versuum farragine Rutgersiana, qua duae anthologiae diversae confusae sunt, freti homines docti rectum iudicium de 'Comparationis' compositione ne poterant quidem facere. Addidit Rutgers (p. 367—381) novam Comparationis versionem latinam et (p. 381—386) 'Notas' (nobis „Rutgers"), in quibus ter tantum citantur lectiones tam- Rutgers quam „in altero" codice exstantes: ad versus nostrae editionis 12 (ἔχει), 50 (διδῶν αἰτεῖν), 120 (ἢ); eae cum omnes et in *Q* et in *P* legantur, dubium quidem est, utrum codicis *Q* an codicis *P* apographo usus sit Ianus Rutgers ad locupletandam Rigaltianam editionem. Sed cum in *P* (non in *Q*) 'Disticha' proximum post 'Comparationem' locum occupent, probabilius est codicis *P* apographum Rutgersio praesto fuisse. Hoc constat, non tertio codice aliquo eum usum esse; nam quod is ad versum 60 adnotat: „in MS. φθόνον τε ἐπήριον" et ad versum 115 „erat in MS. δουλεύων φοβοῦ", cum neutrum in *QP* legatur, apparet Rutgersium non prorsus accurate confecto apographo codicis *Q* vel *P* usum esse. Ceterum, ut omnis profligetur dubitatio, in apparatu critico omnes contextus Rutgersiani a nostro discrepantis lectiones („Ru") commemorabimus.

'Notis' Rutgersianis adiectae sunt (p. 387 — p. 423) adnotationes et emendationes Heinsius Danielis Heinsii.

Rutgersii et Heinsii exemplum secuti homines docti omnes hodie quoque non id quaerunt, quid duo illi poetastri scripserint, qui 'Comparationem' et 'Disticha' composuerunt, sed quid Menander et Philemo, quem sub Philistionis nomine latere inde a Rutgersio arbitrantur; itaque ad optimae dictionis Atticae normam versus pessumdatos emendare conati sunt. Ipsam 'Comparationem' aut ipsa 'Disticha' nemo post Rutgersium edidit, sed versus ex 'Comparatione' et ex 'Distichis' depromptos et pro viribus perpolitos inseruerunt fragmentorum novae comoediae Atticae collectionibus.

Paulo prudentius, quam qui postea comicorum graecorum fragmenta ediderunt, egit Hugo Grotius, cum in 'Excerptis ex tragoediis et comoediis graecis' (Parisiis a. 1626) longe Grotius plurimos quidem 'Comparationis' versus Menandro Philemonive tribueret, attamen 'Distichorum', quae anthologia multo deterior est 'Comparatione', versus tantum non omnes 'ex incerto comico' desumptos putaret.

Memoria vix digna est 'Menandri et Philemonis reliquiarum' editio ab Ioanne Clerico Amstelodami 1709 curata, eo tantum nomine laudabilis, quod Richardum Bentley excitavit Bentley ad egregias „emendationes in Menandrum et Philemonem' (a. 1710) conscribendas, quas 'Menandri et Philemonis reliquiis' Berolini a. 1823 editis addidit (p. 435 sqq.) A. Meineke.

Omnes 'Comparationis' et 'Distichorum' versus Menandro Philemonive tribuit Augustus Meineke in 'Menandri et Philemonis reliquiis' Berolini a. 1823 sagacissime editis (nobis M¹ „M¹"), eiusque exemplum secutae sunt editiones Parisina a. 1838 a. Friderico Duebner Duebner curata, Meinekiana a. 1841 (in Fragmentorum Comicorum Graecorum volumine IV, quae nobis „M²" est), Meinekiana a. 1847 (in Fragmentorum Comic. Graec. editionis minoris M² parte II, quae nobis „M³" est)[1]), Lipsiensis a. 1884 a Theodoro Kock sollertissime curata M³ Kock (in Comicorum Atticorum fragmentorum volumine II, Philemonis [nondum Menandri] reli-

[1]) Addenda et corrigenda, quae in Meinekii Fragm. Com. Graec. volumine V (Berolini a. 1857) M⁴ leguntur, nota „M⁴" significavimus.

quias continente). Oblocuti sunt Carolus Cobet Nov. Lect. p. 43 sqq.[1]) et Curtius Wachsmuth in libro egregie scripto atque utilissimo 'Studien zu den griechischen Florilegien' (Berolini a. 1882) p. 122 sqq.[2])

Codices *Q* et *P* post Rigaltium et Rutgersium nemo diligenter excussit; selectas tantum ex *Q* lectiones protulit I. Fr. Boissonade (passim), ex *P* Fridericus Duebner in 'Revue de Philologie' tom. II Parisiis a. 1847 p. 238—240 (non prorsus recte). Et codicum *QP* et codicum *RL*, de quibus infra dicetur, lectiones et ea, quae ad 'Comparationis' versus 12—15 ex Laurentiano VIII 22, ad v. 77. 79. 80 et 115. 116 et 201—204 ex Parisino 1166, ad 'Distichorum' v. 41. 42 ex Parisino 2991 A enotavi, omnia debeo promptae Leopoldi Cohn nostri erga me voluntati.

Quo tempore composita sit incerti scriptoris Μενάνδρου καὶ Φιλιστίωνος Σύγκρισις[3]) (i. e. nostrae editionis versus 1—210), ita tantum aliquo modo definiri potest, ut proficiscamur ab eis undecim trimetris iambicis, quos poetaster ille, quisquis fuit, praefationis loco ipsi Menandri et Philistionis 'certamini' (cf. v. 8 ἔχων ἀγῶνα) praemisit. In hac igitur Menander personatus Philistionem, non Philemonem commemorat adversarium (cf. v. 8 πρὸς Φιλιστίωνα). Itaque eo tempore vixit poetaster, quo Philemonis poetae comici Attici cum Philistionis Asiani memoria confusa erat. Scripserat autem Philistio mimos sive κωμῳδίας βιολογικάς, eumque non tantum Augusti et Tiberii aequalibus admodum placuisse sed etiam a posterioribus maxime celebratum esse docent loci, quos Fabricius Bibl. Graec. II p. 480 sq. (ed. Harles), Carolus Delarue ad Africani epistulam ad Originem p. 10, Fridericus Jacobs in Anth. Graec. tom. XII p. 165 sq., Otto Jahn in Persii editione p. XC, Godofredus Bernhardy ad Suid. II² p. 1475 sq., Carolus Ios. Grysar in 'Sitzungsber. d. philos.-histor. Classe der Akad. d. Wiss.' Vindobonae XII (a. 1854) p. 302 sqq. indicarunt. Apud Ioannem Stobaeum Philistionis memoriam frustra quaeras, norunt autem et Philistionis qui dicebatur scrinia compilaverunt 'Parallela' illa sententias morales complectentia, quae saeculo X ineunte videntur composita esse[4]). Aequales vero Philistionem et Menandrum visos esse hominibus Byzantinis

[1]) Cobeti verba haec sunt: „Multa nunc Menandri nomine circumferuntur, quae numquam ab eo scripta sunt . . . (sed) ei ab recentissimis Graeculis afficta sunt ea oratione iisque numeris scripta, quales effoeta et decrepita Graecia effutire solet, ut legentibus nauseam et fastidium pariant. Huius farinae est quidquid ex Comparatione Menandri et Philistionis Meinekius attulit, quas sordes nollem umquam Menandreis reliquiis admixtas, in quibus non dico corrigendis sed legendis nemo umquam fecerit operae pretium, adeo omnia sunt insulsa, inepta, barbara." Deinde exempli gratia commemorat hos 'Comparationis' versus: 52. 85 sq. 89. 108. 133. 26. 87. 110. 147 et 'Distichorum' versus 5. 6. 9. 10. 21. 41. 53. etc.

[2]) Theodorus Kock Com. Attic. fragm. II p. 511 recte dixit: „Menandri et Philemonis Comparatio eiusmodi est, ut rarissime certa ratione quae corrupta sunt sanari possint."

[3]) De vocabuli σύγκρισις usu cf. e. g. Stephanus Bergler ad Alciphron. p. 149, Lobeckii Phrynichus p. 278 sq.; Aristoxeni Συγκρίσεις, Caecilii Σύγκρισις Δημοσθένους καὶ Κικέρωνος, eiusdem Σύγκρισις Δημοσθένους καὶ Αἰσχίνου, eiusdem Σύγκρισις Δημοσθένους καὶ Κικέρωνος, Dionysius Phaselita 'ἐν τῷ περὶ συγκρίσεως Ἀράτου καὶ Ὁμήρου περὶ τῶν μαθημάτων', Gregorii Nazianzeni Σύγκρισις βίων (opp. II p. 390 sqq., quae et ipsa trimetris iambicis composita est), Ioannis Stobaei Σύγκρισις πενίας καὶ πλούτου (floril. XCVII), eiusdem Σύγκρισις ζωῆς καὶ θανάτου (floril. CXXI), Maximi Planudis Σύγκρισις χειμῶνος καὶ ἔαρος, etc. Nec tamen ulla harum scriptionum satis respondere videtur huic sententiarum moralium anthologiae, quae Μενάνδρου καὶ Φιλιστίωνος Σύγκρισις inscribitur; quamquam non audeo conicere huic certamini eam inscriptionem propter versum extremum (v. 210 ἐχθροὺς ποιοῦσι τοὺς φίλους αἱ συγκρίσεις) postea praefixam esse.

[4]) Cf. Curtium Wachsmuth 'Studien zu den griechischen Florilegien' p. 90—161, inprimis p. 123 sqq.

demonstrat e. g. apophthegmatum collectio Vindobonensis, quam ex codice Vindobonensi theolog. CXLIX (Nesselii, = XCIII Lambecii) saeculo XIII exeunte scripto edidit Curtius Wachsmuth in 'Festschrift zur Begrüssung der ... XXXVI. Philologenversammlung' (Friburgi 1882) p. 24 num. 130: Φιλιστίων ὁ τῶν κωμῳδιῶν ποιητὴς ἀκούσας, ὅτι τέθνηκε Μένανδρος, ἔφη· „οἴμοι, ὅτι ἀπώλεσά μου τὴν ἀκόνην." Itaque cum Philistionis cum Philemone confusi auctoritas maxima esset apud posteriores Byzantinos, mirum non est, quod „Φιλιστίων ὁ φιλόσοφος" commemoratur in Boissonadii Anecd. Graec. II p. 468 et quod aliorum hominum apophthegmata non secus ad Philistionem quam ad Menandrum[1]) referuntur: veluti in illa apophthegmatum collectione Vindobonensi (l. c. num. 131) legimus: Φιλιστίων ἐρωτηθείς, ἐκ τῶν στρογγύλων καὶ μακρῶν ποῖά εἰσιν ἀσφαλῆ, ἔφη· „τὰ νεωλκούμενα", quod apophthegma Stratonici est apud Athenaeum VIII p. 350 b[2]). Quae si tenuerimus, suspicabimur eos versus, qui vel in 'Comparatione' vel in ceteris Menandri et Philistionis sententiarum collectionibus, de quibus infra agetur, Philistioni tribuuntur, post Ioannis Stobaei aetatem partim ex Philemone, partim ex Philistione, partim ex aliis scriptoribus derivatos vel a poetastris Byzantinis fictos esse[3]). Quod autem Menander et Philistio tamquam certantes inter se in 'Comparatione' et ad huius exemplum in 'Distichis' et in nostris 'Appendicibus I et II' introducuntur, id videtur ad similitudinem eius memoriae antiquae factum esse, secundum quam Menander et Philemo poetae comici non tantum eandem Glyceram adamasse dicebantur, sed etiam de principatu in scaena identidem inter se certasse[4]), atque saepe alter cum altero comparabantur: cf. e. g. Quintilian. X 1, 72: 'Philemon, qui ut pravis sui temporis iudiciis Menandro saepe praelatus est, ita consensu tamen omnium meruit credi secundus'; Demetr. de eloc. 193: Μένανδρον ὑποκρίνονται λελυμένον ἐν τοῖς πλείστοις, Φιλήμονα δ' ἀναγινώσκουσιν; Gell. XVII 4, 1: 'Menander a Philemone, nequaquam pari scriptore, in certaminibus comoediarum ambitu gratiaque et factionibus saepenumero vincebatur. etc.'; Apul. flor. 16; etc.

Philemonis et Menandri fabulae ipsae post imperatoris Iustiniani tempora hominibus Byzantinis aut nullis notae erant aut perpaucis[5]), verum non pauca Menandri[6]) et Philemonis nomine circumlata esse florilegia sententiarum monosticharum et disticharum cum alia docent tum Ioannis Stobaei anthologium et Menandri quae dicuntur γνῶμαι μονόστιχοι et recentiore tempore, postquam in Philemonis locum successit Philistio, ad antiquiorum florilegiorum exemplum compositae fictaeve Menandri et Philistionis sententiarum collectiones, veluti 'Disticha Parisina' illa, quae infra edemus, et nostrae 'Appendices I et II', quarum haec tota, illa

[1]) Ita sententiae a Menandro fere alienae Menandro tribuuntur in codicibus Syriacis; cf. I. P. N. Landii 'Anecdota Syriaca' I p. 156 sqq., Eduardi Sachau 'Inedita Syriaca' (Vindobonae 1870) p. V et p. 80 sqq.

[2]) In Tzetzae Prolegomenis in Lycophronis Alexandram p. 257 (ed. Godofredus Mueller) hi enumerantur novae comoediae poetae: Μένανδρος, Φιλήμων, Φιλιστίων καὶ πλῆθος πολύ.

[3]) Paulum distat Godofredi Bernhardy sententia ('Grundriss der griechischen Litteratur' II 2³ p. 554), qui 'nucleum' eorum versuum, qui in 'Comparatione' Philistioni tribuuntur, non ad Philemonem sed ad Philistionem rettulit, itidemque fere iudicat Curtius Wachsmuth 'Stud. z. d. griech. Floril.' p. 125.

[4]) Cf. e. g. Carolum Benoit 'Essai historique et littéraire sur la comédie de Ménandre' p. 23; Guilelmum Guizot 'Ménandre' p. 8; Ioannem Horkel 'Reden und Abhandlungen' p. 328.

[5]) Cf. quae Const. Sathas exposuit in 'Annuaire de l'Association pour l'encouragement des études grecques en France' IX (Parisiis 1875) p. 189. 193. 204, et Richardum Foerster 'de antiquitatibus et libris mss. Constantinopolitanis' (Rostochii a. 1877) p. 5. 20. 29.

[6]) Cf. C. Benoit l. c. p. 149 sq.

inde a versu 21 distichis composita est, et multae illae, quae in 'Comparatione' insunt, sententiae binorum versuum.

Quodsi 'Comparationem' cum 'Distichis Parisinis' et cum 'Appendicibus I et II' contuleris, quanto illa praestet ceteris, statim apparebit. In 'Distichis' redeunt 'Comparationis' versus decem, in 'Appendice I' versus quattuordecim, in 'Appendice II' nulli. Nec dissimile veri est ad 'Comparationis' exemplum ceteras illas contentiones tres confectas esse; sane metricas quoque et prosodiacas leges a comoediae Atticae elegantia multifariam recedentes, quas in 'Comparatione' observatas esse mox apparebit, easdem fere aut servant aut servare student collectiones ceterae, quamquam 'Appendicis I' auctor trimetros dodecasyllabos polysyllabis praetulit. —

Paulo accuratius enim, quo tempore 'Comparatio' conscripta sit, definiri potest metri et vocalium mensurae ratione habita. Tantum quidem abest, ut trimetri iambici historiam inde ab Alexandrinorum tempore usque ad annum p. Chr. n. millesimum certo noverimus, ut vix fundamenta solidae doctrinae iacta sint[1]). Accedit, quod omnis 'Comparationis' memoria ad unum misellum codicem (*Q*) saeculo XV exeunte scriptum redit, in quo quam longe a genuina metri forma inprudentis librarii culpa verborum contextus detortus sit, ambigere possis. Attamen quoniam aliquot versuum 'Comparationis' memoria concinit cum eis mendis, quibus eidem versus in Stobaei codicibus inquinati sunt, quatenus progredi liceat in barbarie 'Comparationis' trimetrorum removenda, fere constat.

Postquam philosophi inde fere a saeculi tertii a. Chr. n. initio immixtis trimetris iambicis ad comicorum Atticorum exemplum fictis praecepta ieiuna variare ausi sunt[2]), Apollodorus Atheniensis saeculo a. Chr. n. altero trimetrum comicum[3]) elegit ad carmen didacticum (Χρονικά) componendum (cf. Pseudo-Scymni orbis descriptionem v. 19 et 33 sqq.: τῶν Ἀττικῶν τις γνησίων τε φιλολόγων . . . . . . μέτρῳ δὲ ταύτην ἐκτιθέναι προείλετο, τῷ κωμικῷ δὲ τῆς σαφηνείας χάριν, εὐμνημόνευτον ἐσομένην οὕτως ὁρῶν)[4]) eiusque exemplum secuti cum alii tum Pseudo-Scymnus et Dionysius Calliphontis filius trimetros iambicos ita construxerunt, ut multos immiscerent pedes trisyllabos (anapaestos, tribrachos, dactylos); eo tamen distant hi poetae et a philosophis illis antiquioribus et a didacticorum carminum auctoribus posterioribus, quod et paucos versus legitima caesura carentes admittunt et praeter caesuras semiquinariam et semiseptenariam, quae quidem apud eos quoque frequentissimae sunt, tertiam habent post trimetri pedem tertium absolutum[5]). Contra inde a saeculo p. Chr. n. primo non secus atque olim aurea iambographorum Ionicorum[6]) aetate

[1]) Libellos eorum hominum doctorum, qui de artis metricae fatis apud Byzantinos nuper dedita opera quaesiverunt, enumeravit Carolus Fridericus Mueller 'Ignatii Diaconi tetrasticha etc.' Kiliae 1886 p. 3 adn. 4, quibus addenda est inprimis doctissima Isidori Hilberg commentatio, quae inserta est 'Studiis Vindobonensibus' vol. VIII (a. 1886) p. 282 sqq.

[2]) Cf. Meinekium praef. ad Fragm. Com. Graec. vol. I p. IX sqq.

[3]) τῶν καλουμένων τραγιάμβων scriptorem Apollodorum appellat Suidas s. v.

[4]) Cf. etiam Strabonem XIV 5, 22 p. 995: ὁ δὲ (Apollodorus) καὶ χωρογραφίαν ἐξέδωκεν ἐν κωμικῷ μέτρῳ, γῆς περίοδον ἐπιγράψας.

[5]) Vbi versus post pedem tertium absolutum inciditur, tertius pes plerumque spondeus est, raro iambus vel anapaestus, rarissime dactylus vel tribrachus.

[6]) Cf. Albertum Schmidt 'de caesura media in Graecorum trimetro iambico' (Bonnae 1865) p. 9; R. Roeding 'de Graecorum trimetris iambicis caesura penthemimeri et hephthemimeri carentibus' (in 'Upsala Universitets Årsskrift' a. 1874) p. 6.

et caesura destituti trimetri evitantur neque ulla caesura legitima videtur praeter semiquinariam et semiseptenariam. Hanc normam in incidendis versibus tenent et qui Euripideum trimetrum imitati propius ad tragoediae cothurnum accedunt et qui Menandri Philemonisque exemplum secuti comoediae socco ingrediuntur, nec tantum ei qui disyllabis pedibus trisyllabos immiscent, sed etiam ei qui trisyllabis plus minusve abstinent, sive pagani sunt poetae sive Christiani, sive legitimam vocalium mensuram observant sive neglegunt, sive tolerant vocalium concurrentium hiatum sive respuunt, sive ultimam trimetri syllabam accentu grammatico feriri sinunt sive vetant, sive in paroxytona vocabula cadere clausulam volunt sive nolunt. Atque etiam postquam ad unam duodenarum syllabarum formam trimetri redacti sunt, pauci adeo barbari fuerunt iambographi Byzantini, ut versus semiquinaria vel semiseptenaria caesura carentes tolerarent[1]).

Vt saeculo p. Chr. n. altero Hadriani Antoninorumque Graecarum Musarum amantissimorum impulsu studia aureae Atticarum litterarum aetatis feliciter resuscitata sunt et ad antiquam integritatem elegantiamque prosae orationi reddendam permulti sese accinxerunt homines Graeci nec tamen pari studio poesin iacentem erigere valuerunt, ita inde a saeculo quarto, postquam caput orbis terrarum Roma ad Bosporum translatum est, incomparabili ardore ad antiquorum poetarum laudem adaequandam in carminibus pangendis certatim desudaverunt Byzantini poetae et poetastri et poetastelli. Nec vero exstinctus est hic furor poeticus sed adeo auctus saeculis quinto et sexto ac praecipue imperante et nominis Graeci gloriam augente Iustiniano versificatorum Graeculorum ars praeter modum luxuriabat. Quin etiam saeculo septimo ineunte multae huius abundantiae permanserunt reliquiae. Nec vero omnes antiquorum poetarum rhythmos imitando exprimere ausi sunt Byzantini, sed quattuor potissimum metra ex ingenti copia elegerunt, in quibus limandis et perpoliendis operam collocarent: hexametrum heroum, distichon elegiacum, trimetrum iambicum, versiculum anacreonteum. Itaque factum est, ut longe plurimi eorum grammaticorum, qui inde potissimum a saeculo sexto exeunte discipulorum Byzantinorum in usum libellos de re metrica composuerunt, haec quattuor metra sola exponerent. Quo autem minor erat metrorum varietas, eo diligentius atque religiosius excogitatas leges in versibus pangendis sequebantur ei poetae, quorum auctoritas ceteris praestabat apud Byzantinos. Sic mira illa constantia explicanda est, quam in eorum epicorum hexametris deprehendimus, quos Nonni Panopolitani asseclas appellare consuevimus; sic subtiles illae regulae natae sunt, quas in anacreonteis fingendis observabant cum alii tum Ioannes Gazaeus et Georgius Grammaticus, quos saeculo quinto exeunte et ineunte sexto floruisse constat. Nec minore, si quid video, cura saeculis quinto et sexto aliquot iambographi Byzantini iambicum trimetrum non tantum ad aureae poesis Atticae normam revocare sed etiam superare Atticos conati sunt, cum in trisyllabis quidem pedibus (anapaestis, tribrachis, dactylis) cum disyllabis miscendis Euripidem vel Menandrum Philemonemque adaequarent, in caesurarum autem usu cohibendo tanto severiores essent illis, quanto Nonnus Homero. Nullam igitur admiserunt caesuram praeter semiquinariam et semiseptenariam[2]). Nec vero[3])

[1]) Quod sicubi fit, solet trimeter post sextam incidi syllabam; cf. e. g. Christi Patientis versus, quos commemorat Hilberg in 'Wiener Studien' VIII p. 290 num. 10.

[2]) Cf. e. g. Heliam Monachum in Anecd. Var. I p. 171, cap. I § 6.

[3]) Cf. e. g. 'Scholia Hephaestionea B' p. 18, 24 sqq. ed. Hoerschelmann (Dorpati 1882).

unius generis esse voluerunt trimetros iambicos omnes, sed varios statuerunt χαρακτῆρας. Atque inter eos quidem Byzantinos, quorum didactica carmina iambica ad nostram memoriam pervenerunt, non desunt, qui non secus atque olim Apollodorus Atheniensis, Pseudo-Scymnus, Dionysius Calliphontis filius, alii Menandri Philemonisque trimetros iambicos pedibus trisyllabis abundantes imitando exprimere conati sint, antiquam autem caesurarum licentiam artissimis finibus circumscripserint. Memorabile huius generis exemplum praebent 'τῶν ἑπτὰ σοφῶν ἀποφθέγματα', anapaestis tribrachis dactylis referta illa quidem, sed intra semiquinariae caesurae et semiseptenariae fines versuum incisiones cohibentia nec minus antiquam vocalium mensuram servantia quam soloecum vocalium concursum reformidantia. Quae 'ἀποφθέγματα' quo tempore composita sint, quamquam parum constat, tamen, siquidem Stobaei anthologium novisse et ad explicationes poeticas conscribendas, quibus selectas septem sapientium sententias illustrat, adhibuisse videtur ille, quisquis fuit, qui hos trimetros finxit, saeculo quinto exeunti vel ineunti sexto si hunc versificatorem tribuerimus, verendum vix est, ne longe a vero aberremus[1]). Quamquam concedendum est fieri potuisse, ut non ipso Stobaeo, sed alio aliquo sententiarum moralium anthologio hodie deperdito uteretur: quod si malueris statuere, confidentius ad quintum saeculum referre possis 'apophthegmatum' iambicorum scriptorem. Quam facile autem etiam sexto saeculo fuerit hominibus eruditis trimetros iambicos trisyllabis pedibus variare, praeter ceteros docet Pauli Silentiarii exemplum, quem saeculo VI medio floruisse constat.

Inde a saeculo septimo, cum in dies ingravesceret barbaries, plurimi iambographi exemplum Georgii Pisidae secuti trisyllaborum pedum usum imminuerunt, concurrentium vocalium hiatum, quem iam saeculo quarto Gregorium Nazianzenum tolerasse constat, non anxie repudiaverunt, caesuras legitimas (semiquinariam et semiseptenariam) solas religiose observarunt. Perpauci videntur trisyllaborum pedum usum in carminibus iambicis didacticis ultra saeculum septimum medium retinuisse; quodsi quando factum est, probabiliter conicias eos antiquiorum poetarum scrinia compilasse, quippe in quorum fragmentis tot inessent pedes trisyllabi, ut ne violentissimis quidem mutationibus omnes resecari et cum disyllabis commutari possent. Ab eiusmodi compilatoribus, ad quorum numerum possit quispiam 'Distichorum Parisinorum' et utriusque 'Appendicis' scriptores referre, si recesseris, plerique omnes dodecasyllabos trimetros finxerunt inde a saeculo septimo exeunte, sive legitimam vocalium mensuram pro viribus servare studuerunt sive plus minus neglexerunt[2]), sive accentui grammatico certam in versus clausula sedem adsignarunt sive non adsignarunt[3]), sive spondeum a sedibus trimetri paribus excluserunt sive raro admiserunt[4]).

Menandri et Philistionis certamina vel comparationes qui componebant, Ioannis Stobaei aliorumque anthologia moralia ita expilaverunt, ut Menandri, Philemonis, Euripidis, aliorum versus modo intactos in suum usum converterent, modo imminuto pedum trisyllaborum numero et verbis audacter mutatis in recentiorum trimetrorum iambicorum formam

[1]) Cf. quae ad illa τῶν ἑπτὰ σοφῶν ἀποφθέγματα adnotavimus in 'Wochenschrift für klass. Philologie' a. 1886 p. 1585 sqq.

[2]) Cf. de horum poetarum discriminibus Isidorum Hilberg in 'Wiener Studien' VIII p. 291 sqq.

[3]) Cf. e. g. Guilelmum Meyer in 'Sitzungsberichte der K. Bayer. Akad. d. Wissensch.' Monachii 1884 p. 1020 sqq.

[4]) Cf. e. g. Carolum Fridericum Mueller 'Ignatii Diaconi tetrasticha etc.' p. 9 sq.

cogerent[1]), modo versuum particulas modo integros versus de suo adderent eosque omnes ex arbitrio Menandro aut Philistioni tribuerent[2]). Hoc modo effectum est, ut 'Comparatio' non secus atque 'Disticha Parisina' et utraque 'Appendix' ex versibus secundum complures ac diversas normas metricas fictis constet. Atque indidem illud quoque explicandum est, quod, quisquis ille fuit, qui 'Comparationi' a se confectae undecim versus suo ingenio fictos et praefationis loco a Menandro personato pronuntiandos praemisit, ipse quoque non unam eandemque normam in trimetris pangendis secutus est. Ab hac autem praefatione progrediendum esse in crisi 'Comparationis' gravissime corruptae exercenda supra (p. 8) diximus.

Insunt igitur in 'Comparationis' praefatione:

I^a. trimetri dodecasyllabi accentu grammatico in paenultima syllaba conspicui quattuor: 4. 5. 6. 7. Ex his spondeum in altera versus sede habet unus (4), in quarta sede unus (5), prima vocabuli ἀκούων syllaba licenter producta est semel (5), hiatum post pedem alterum absolutum habet unus (6).

I^b. trimetri dodecasyllabi, quorum paenultima syllaba accentu grammatico destituta est, duo: 8. 9; ex his nonus duobus spondeis in sede altera et in quarta inquinatus est.

II. singulos tribrachos continent versus quattuor: 1. 2. 3. 10.

III. duos dactylos videtur continuisse versus unus: 11.

An vero audeat quisquam versuum 5 et 9 barbariem removere veluti his coniecturis: (5) ὅπως ἕκαστός μου ἐπακούων μανθάνῃ et (9) τὸν τερπνὸν αἱρετόν τε καὶ βιωφελῆ?

Itaque, quoniam nos in hoc libello non lubrica divinatione, quid Menandri aequales scribere potuerint, conicere volumus, sed cauta ratiocinatione eruere, quid poetaster ille Byzantinus scripsisse videatur, qui saeculo VI qui saeculo VI 'Comparationem' confecit, non dubitabimus quin plurimi eorum barbarismorum, qui in codicibus *QP* traditi sunt, huius manui debeantur.

In ipsa 'Comparatione' (v. 12—210) insunt:

I^a. trimetri dodecasyllabi in paroxytonon exeuntes hi: 15. 18. 22. 27 (?). 28 (?). 29. 32. 35. 36. 40. 43 (?). 47 (?). 49. 52. 53 (?). 57. 59. 62. 65. 71 (?). 75. 76. 78. 80. 86. 87. 89. 90. 94. 96. 97. 98. 103. 106 (?). 110. 113. 117. 119. 120. 121. 122. 123. 133. 144. 146. 148. 155. 160. 171.

[1]) Egregium exemplum audaciae illius, qua antiquorum poetarum trimetri duodecim syllabarum numerum excedentes a Byzantinis compilatoribus in dodecasyllabos trimetros cogebantur, praebent in incerti scriptoris Christo Patiente ei versus, qui ex Euripide deprompti et mutati sunt; cf. I. G. Brambs in praefatione editionis Lipsiae a. 1885 curatae p. 18 sq.

[2]) Veluti, ut ex una 'Comparatione' exempla delibem et versus 'Comparationis' in 'Distichis Parisinis' aut in 'Appendice I' aut in posterioribus anthologiis (veluti apud Maximum et Antonium) aliis auctoribus adscriptos omittam: si 'Comparationem' cum Plutarcho et cum Stobaei anthologio contuleris, quam multi versus ab aliis poetis ficti arbitrio eius, qui 'Comparationem' conscripsit, 'Menandro' vel 'Philistioni' tributi sint, apparebit. Ita in 'Comp.' Menandro dantur versus 49. 50 (audacter mutati), qui teste Plutarcho Euripidis sunt; in 'Comp.' Philistioni dantur versus 111—114 (libere transformati), qui teste Stobaeo eiusdem sunt Euripidis; in 'Comp.' Philistioni datur versus 22, qui teste Stobaeo Chaeremonis tragici est; in 'Comp.' Menandro dantur versus 12—15, qui in Gnomologio Laurentiano (ex Stobaeo derivato) Philetae esse dicuntur. In 'Comp.' Philistioni dantur versus 59—67 et 77—81 et 189—191, qui in Stobaei codicibus itidem Philetae esse dicuntur (solos versus 189—191 una Stobaei editio Trincavelliana Philemoni dat). Soli versus 44. 45 in 'Comp.' (valde mutati) Philistioni, apud Stobaeum Philemoni dantur; et in 'Comp.' et apud Stobaeum Menandro tribuuntur versus 68—76 et (audacter mutati) 105. 106.

172. 185 (?). 191. 192. 193. 195. 206. 207. 210. Ex his spondeum in sede II habent: 18 (?) et 122; in sede IV: 103. 146. 160. 171; in II et IV: 43; versus 71, cum non modo spondeum in IV habeat, sed etiam hiatu in medio pede primo (τὸ-ἀργ.) et mensura ἀργύριον̄ maculatus sit, emendatione videtur indigere. Hiatum post pedem primum absolutum deprehendes semel (59).

I^{b}. trimetri dodecasyllabi, quorum paenultima syllaba accentu grammatico destituta est, hi: 17. 19. 20. 21. 23. 24. 25. 31. 33. 34. 41 (?). 51. 60. 66. 73. 77. 79. 83. 84. 88. 92 (?). 93. 108. 112. 116. 134. 137 (?). 140 (?). 145. 147. 149. 152. 163. 167. 173. 174. 178 (?). 179. 184. 188. 190. 200 (?). 209. Ex his spondeo in sede IV conspicui sunt versus tres (41. 60. 66).

II. Ex eis, qui ternarum denarum syllabarum sunt, tribrachum in sede I habent: 56. 68. 135 (?), in II: 55. 70. 81. 161. 169. 182 (?). 189. 202, in III: 38. 104. 177. 187 (?). 194, in IV: 42. 44 (?). 46. 85. 99. 124. 131. 139 (?). 156; dactylum in sede I: 13. 16. 30. 37. 45. 50. 61. 63. 71 (?). 95. 102. 115 (?). 175. 176. 196 (?). 199, in III: 14. 26. 48. 58. 67. 100. 101. 114. 118. 126. 136. 138. 141. 142. 153 (?). 154 (?). 162. 165. 183. 201. 208, in V: 105. 158. 164; anapaestum in sede I: 69. 82. 109. 125. 127. 151 (?). 157 (?). 166, in II: 64. 72, in III: 186 (?), in IV: 168, in V: 204 (?). Versus 69, cuius lectionem confirmat Stobaeus, mensura ἤλῐον et spondeo in sede II inquinatus est. Aut παραμῡθήσεται pronuntiandum aut spondeus in IV statuendus est 187 (?). Hiatum post vocalem natura longam, quae hiatus vi corripitur, habes: 85. 115 (?). 186, hiatum in caesura semiquinaria: 202. 157 (?). 63 (?), in semiseptenaria: 204 (?), hiatum post pedem tertium absolutum: 61 (?), post pedem quartum absolutum: 183.

III. Ex eis, qui quaternarum denarum syllabarum sunt, tribrachos in I et III habet: 107 (?), in III et IV: 205 (?), tribrachum in II et dactylum in III: 91 (?), tribrachum in II et anapaestum in V: 129, tribrachum in III et anapaestum in I: 159, tribrachum in III et anapaestum in II: 198 (?), tribrachum in IV et dactylum in III: 12 (?), dactylos in I et III: 11 (?). 170, dactylum in III et anapaestum in II: 181. 203, dactylum in III et anapaestum in V: 150 (?), dactylum in V et anapaestum in IV: 111 (?), anapaestos in I et II: 143 (?). 197 (?), in I et III: 74 (?). Hiatum habes in caesura semiquinaria semel: 198 (?).

IV. Quindecim syllabas complectitur unus versus: 180 (⏑–, ⏑⏑–, –⏑⏑, ⏑–, ⏑ ⏑⏑, ⏑–).

Omnes 'Comparationis' trimetri aut semiquinaria aut semiseptenaria caesura incisi sunt praeter v. 47 (?); v. 166 caesura fit in medio vocabulo composito σε-αυτὸν; cf. etiam, quae ad v. 111 et 137 adnotabimus.

Quodsi quis 'Comparationem' licentia metrica abundantem multo posteriorum saeculorum barbariei, veluti undecimi[1]), vel adeo Rigaltium (cf. supra p. 3) secutus Tzetzae tribui posse suspicetur, quippe cuius ἴαμβοι τεχνικοί nec spondeum in sedibus paribus prorsus repudient et paucos immixtos habeant pedes trisyllabos (atque hos quidem vocabulis metricae artis propriis plerumque formatos)[2]), is suspicionem statim abiciat perlecto aequabili Tzetzianae garrulitatis tinnitu.

[1]) De barbara versuum iambicorum structura saeculo XI grassante cf. Michaelis Pselli epistulam editam a Leone Allatio 'de Georgiis diatriba' p. 310 sqq. (Parisiis 1651), quae repetita est in Fabricii Bibl. Graec. vol. X p. 606 sq. (= vol. XII p. 7 sqq. ed. Harles).

[2]) Cf. Gustavum Hart in Supplement. annal. philol. vol. XII p. 69 sqq.

Accedit, quod in *QP* v. 105 ἀεὶ pro δεῖ et v. 29 δὲ pro ἀεὶ scriptum est, cuius mendi originem (cf. ΑΕΙ et ΔΕΙ) facilius ex maiuscularum vel uncialium quae vocantur litterarum forma repetiveris quam ex minuscularum; illarum autem usum in talium librorum, qualis est 'Comparatio', codicibus non ultra saeculum nonum medium retentum esse constat. Itaque etiam palaeographiae ratione habita eo adducimur, ut non post saeculum octavum 'Comparationem' compositam esse statuamus. —

Non pauca ex eis, quae de 'Comparationis' trimetrorum forma modo diximus, ideo dubitationi obnoxia sunt, quia in codicibus *QP* pessime habita est 'Comparationis' memoria. Licentia autem in admittendo spondeo videbatur nobis ex sedibus paribus eorum trimetrorum fere removeri et posse et debere, qui trisyllabos pedes cum disyllabis mixtos continent, atque certo concedendam esse eis tantum versibus, qui dodecasyllabi sunt. — Intra eosdem fines illam spondeorum licentiam in 'Distichorum Parisinorum' trimetris ineptas sententias non paucas exhibentibus cohibere frustra conatus sum. Quorum condicio quamquam non tantum pessima est in codicibus *QP*, sed adeo desperata, ut menda tamquam ferro et igni sananda videantur, tamen diutina meditatione id mihi persuasi, et post 'Comparationem' vel saltem ab homine 'Comparationis' scriptorem barbarie in re metrica et in re prosodiaca superante conscribillata esse 'Disticha' et ita formata, ut spondeorum usus ne ab eorum quidem versuum sedibus altera et quarta prohiberetur, qui plus quam duodecim continent syllabas, atque adeo dactyli in illis sedibus collocarentur. Inesse igitur videntur in 'Distichis':

I^{a}. trimetri dodecasyllabi in paroxytonon exeuntes hi: 5. 9. 11. 15 (?). 16 (?). 17. 23 (?). 25. 29 (?). 33. 35. 40. 43. 50. 52. 61. In v. 35 et ἐᾱν et ἐνδῠσης, in v. 15 non tantum στεφᾱνοῖς sed etiam spondeum in sede quarta, quin etiam in v. 23 νε̄φῶν, in v. 16 στε̄φάνοις mensuram admisisse videtur 'Distichorum' sive redactor sive auctor. Hiatum in caesura semiquinaria habes v. 5 (γυναῖκα-ἂν [?]).

I^{b}. trimetri dodecasyllabi in perispomenon vel in oxytonon vel in proparoxytonon exeuntes hi: 13. 14. 21. 28. 41. 44. 49. 56. 58. Mensuram ἀ̆ναισθήτῳ et hiatum in caesura semiseptenaria (ἀναισθήτῳ-ὄντι) habet v. 14, hiatum in semiseptenaria (θανόντα-οὐ) v. 13.

II. Fere dimidia versuum pars ternarum denarum syllabarum est. Ex his tribrachum in sede I habent: 18. 24, in II: 2. 8. 23 (?). 51. 54. 62 (ubi vix dactylus pro tribracho ferendus est), in III: 7. 34, in IV: 3. 30 (?); dactylum in sede I: 36. 45. 57, in III: 22. 31 (?). 32. 47. 55, in V: 53; anapaestum in sede I: 4, in II: 1 (?). 6. 48, in IV: 20. 42. 46, in V: 38. Anapaestus in V videtur inesse etiam in v. 26, qui tamen spondeo in sede quarta foedatus est. Mensuram πολῠ̆ habes v. 8, ψῠχήν v. 57 (?), ἀσπῖδι v. 2; hiatum in caesura semiquinaria v. 7 (γυναῖκα-ὁ), post pedem primum absolutum v. 32 (?).

III. Ex eis, qui quaternarum denarum syllabarum sunt, tribrachum in II et dactylum in III habet: 10, tribrachum in III et dactylum in I: 39, tribrachum in III et anapaestum in I, ita tamen, ut spondeus simul occupet sedem quartam: 12, tribrachum in III et dactylum in IV (!): 37 (?), dactylum in I et dactylum in IV (!): 19.

IV. Quindecim syllabas complectitur v. 27, cuius syllabarum schema nescio an hoc fuerit: –⏑⏑, ⏑–, –⏑⏑, ⏑ ⏑⏑, ––, ⏑⏑, siquidem hiatus vi in caesura semiseptenaria ultima vocabuli θανάτου syllaba corripi videtur.

Omnes versus inciduntur semiquinaria caesura aut semiseptenaria.

Quam dubia haec omnia nitantur fide, apparet. Nec maiore fide digna sunt 'Disticha' in distribuendis sententiis inter 'Menandrum' et 'Philistionem'. Ex eis enim 'Distichorum' versibus, qui in 'Comparatione' redeunt, versus 23. 24 (et v. 59. 60) in illis Philistioni tribuuntur, in hac Menandro; versus 33. 34 in illis Menandro, in hac Philistioni. Versus 31. 32 et 49. 50 ex Euripidis Alcestide deprompti et huic fabulae apud Stobaeum quoque adscripti dantur Philistioni (v. 31. 32) et Menandro (v. 49. 50) in 'Distichis'. —

Longius, quam 'Comparatio' a 'Distichis Parisinis', distat et ab his et ab illa eorum trimetrorum forma, qui leguntur in 'Appendice I' nostra, eosque aliquanto recentiore tempore et a Graeculo ineptissimo compositos esse docet etiam sententiarum insipidarum argumentum. In hac 'Appendice I' versus 33. 34 et 45. 46 Philistioni, iidem in 'Comparatione' Menandro dantur. Praevalent in 'Appendice I' versus dodecasyllabi. Atque ex his quidem

I[a]. in paroxytonon exeunt hi: 2. 9 (ubi hiatus fit et in pede I μή-ἐκκακήσῃς et in IV πάντα-εὐθύμως). 13. 15. 16. 17. 18. 19 (cum hiatu post pedem I absolutum). 22 (cum hiatu in pede II δὲ-αὖθις et spondeo in sede quarta). 32. 33. 43. 52;

I[b]. accentu grammatico in syllaba paenultima carent hi: 1. 4. 5. 6. 7. 8. 10. 14. 20. 21 (ubi κατάγει pronuntiandum est). 25. 27. 29. 30. 31. 34. 35. 40. 44. 46 (ubi ἀγαθὸν legitur et hiatus fit in caesura semiquinaria προσδιδάσκει-ἀγαθὸν). 48. 49. 51.

II. Singulos tribrachos continent in sede II: 11 (ubi propter caesuram verba transponenda videbantur). 12 (?, ubi mensuram καιρὸς ὁ τῦχών in codice *R* traditam servare nolui). 38. 45, in III: 26, in IV: 54; singulos dactylos continent: in I: 28. 36 (ubi προδότης pronuntiandum videtur), in III: 3 (in quo versu <τοι> non tam ad evitandam mensuram μεταβολὰς adiciendum videbatur, quam ut legitima caesura trimetro redderetur). 39; singulos anapaestos in I: 23. 42. 53.

III. Quaternarum denarum syllabarum sunt hi: 24 (cum tribrachis in sedibus II et IV). 47 (c. tribr. in IV et dactylo in I; nam syllabis ἢ ἀδικεῖν hoc efficitur schema: ⏑⏑⏑–). 37 (c. tribr. in II et anapaesto in IV). 41 (c. tribr. in IV et dact. in III). 50 (cum anapaestis in III et V). —

Eorum, quae singillatim de re metrica 'Comparationis', 'Distichorum Parisinorum', 'Appendicis I' exposuimus, si summam fecerimus, esse in his quaestionibus quandam nesciendi non voluptatem at necessitatem concedendum quidem est; attamen haud levia inter tres illas sententiarum collectiones intercedere discrimina constat. De quartae denique contentionis metro, quam in 'Appendice II' edimus, quoniam et nimis paucis constat versibus et parum plene lectis, nunc non agam; videntur tamen non dissimiles regulae in eius trimetris agnoscendae esse atque in 'Distichis Parisinis'. Satis recenti autem tempore eam quoque conscriptam esse docet et spondeorum in sede altera quartave admissorum frequentia (cf. v. 3. 4?. 6?. 8. 9. 10. 20) et pedum trisyllaborum paucitas et mensurae τὸ σαφὲς (?, v. 18) barbaries et argumenti exilitas. Sed cum immixti sint aliquot pedes trisyllabi, ne hanc quidem 'Appendicem II' post saeculum septimum octavumve conscribillatam esse probabile est. —

Itaque 'Menandri et Philistionis Comparatio' non post saeculum septimum medium, sed post Ioannis Stobaei aetatem composita est. Nam huius anthologium ipsum a 'Comparationis' scriptore usurpatum esse docent menda quaedam, quae utrique communia esse supra (p. 10) commemoravi; quam servilem autem in modum Stobaei menda 'Comparationis' scriptor servaverit, facile intellegitur collatis eis, quae infra ad 'Comparationis' versus 60. 63. 66. 69. 71 adnotavi, atque graviter fallatur, si quis horum versuum lectionem barbarismis inquinatam ad optimae artis Atticae normam corrigere velit. Quo tempore Ioannes Stobaeus anthologium confecerit, quamquam certo dici nequit, tamen, quoniam Hieroclis Alexandrini, qui priore saeculi quinti parte floruit, libri ab eo excerpti sunt, post annum 450 eum scripsisse consentaneum est.

Certioribus denique finibus tempus 'Comparationis' compositae circumscribi videtur posse collata Choricii apologia mimorum, in qua haec leguntur (18, 2 ed. Graux): φασὶ τὸν εὑρηκότα τὴν ὑπὲρ ἧς ἀγωνίζομαι τέχνην, ἐξ οὗ πάντα φησὶν ἀπαγγέλλειν ὁ προσηγορίᾳ μὲν δεύτερος, τὴν τάξιν δὲ πρῶτος [1]), ἐκεῖνον δὴ λέγουσι καὶ τὸν παῖδα τὸν Διοπείθους ἡλικιώτας τ' ἄμφω καὶ φίλους ὅτι μάλιστ' εἶναι, συνάπτοντος καθ' Ὅμηρον τοῦ θεοῦ τοὺς ὁμοίους τὸν τρόπον [2]), καὶ γνώμας ἐμμέτρους ἀλλήλοις ἀντιτιθέναι καὶ μὴ χείρονα Μενάνδρου δόξαι τὸν ἕτερον [3]). Is enim, qui a Choricio appellatur ὁ εὑρηκὼς τὴν ὑπὲρ ἧς ἀγωνίζομαι τέχνην (i. e. artem mimorum), non Philemo [4]) est poeta comicus, sed Philistio mimographus, atque ab hoc mimum inventum esse non tantum Choricius dixit, sed eodem fere tempore Cassiodorius, qui regnante Theodorico haec scripsit (var. IV 51): *mimus etiam, qui nunc tantummodo derisui habetur, tanta Philistionis cautela repertus est, ut eius actus poneretur in litteris etc.* [5]) Hunc igitur Philistionem Choricius aequalem et amicum

[1]) Verbis ἐξ οὗ — πρῶτος quid significare voluerit Choricius, non liquet. Duae, quas Carolus Graux ('Oeuvres' II p. 38 sq.) commemorat, interpretandi viae ad avia ducunt. Theodorus Gomperz (ibid. p. 88) Secundi alicuius nomen eis exprimi vel potius adumbrari sollerter coniecit, nec tamen, quis eorum, qui Secundi nomen ferebant, intellegendus sit, apparet; nam quod de Secundo Tarentino, cuius epigrammata aliquot in Anthologia Graeca leguntur, cogitavit, ne ipse quidem Gomperz multum huic coniecturae tribuit. — Nec vero confidentius de Secundo philosopho celeberrimo atque in Syria aliisque orientis regionibus propter sententiarum praeceptorumque praestantiam laudibus cumulato cogitaveris; quamquam hariolandi periculum qui facere audeat, fingere possit circumlatum esse saeculo sexto in Palaestina et Choricio aeque atque Choricii auditoribus notum fuisse librum philosopho illi attributum, in quo is a Philistione didicisse se illam de mulierum malitia sententiam scripserit, cuius recensionem Graecam habes in 'Opusculorum . . . sententiosorum et moralium' ab Orellio editorum vol. I p. 208, 10 sq., Arabicam in E. Revilloutii libello 'Vie et sentences de Secundus' (Parisiis a. 1873 p. 19 inf.). At quamquam sententia illa de mulierum malitia Secundo philosopho causa fuisse fertur gravissimorum malorum ac fortunam eius funditus commutasse, tamen eiusmodi hariolationi non velificantur verba illa, quibus Choricius utitur, ἐξ οὗ πάντα φησὶν ἀπαγγέλλειν κτλ. — Probabilius conicias Secundum aliquem significari ut omnibus Gazaeis notum ita nobis ignotum, qui in mimis agendis primas tulerit et Philistioni mimographo omnia se debere dixerit; illud enim ('qui primas tulit') significari posse verbis τὴν τάξιν πρῶτος docet e. g. epigramma illud Atticum saeculo IV a. Chr. n. in Euthiae honorem conditum (ed. Kaibel Epigr. Graec. 38): Ζηλοῖ σ' Ἑλλὰς πᾶσα ποθεῖ θ' ἱεροῖς ἐν ἀγῶσιν, | Εὔθια, οὐκ ἀδίκως· ὃς τέχνῃ, οὐχὶ φύσει | ἐμβοτρυοστεφάνῳ κωμῳδίᾳ ἡδυγέλωτι | δεύτερος ὢν τάξει πρῶτος ἔφυς σοφίᾳ.

[2]) Cf. Homerum ρ 218 ὡς αἰεὶ τὸν ὁμοῖον ἄγει θεὸς ὡς τὸν ὁμοῖον.

[3]) ἑταῖρον coniecit Graux.

[4]) Carolus Graux 'Oeuvres' II p. 73 sq. (= 'Revue de Philologie' I a. 1877 p. 244) parum feliciter conicit Philemonem intellegendum esse 'novae comoediae Atticae' inventorem, quippe cuius comoediae tamquam heres fuerit mimus.

[5]) Cf. etiam Apollin. Sidon. ep. II 1 (p. 211 ed. Baret).

Menandri, Diopithis filii, fuisse perperam opinatur [1]) atque sententiis metricis fere pari successu inter se certasse Philistionem et Menandrum ita narrat, ut ipsius 'Menandri et Philistionis Comparationis' notitiam Choricio, cum apologiam mimorum declamaret, recentem fuisse probabiliter coniecerit Carolus Graux,[2]) nisi quod Philemonem pro Philistione infeliciter substituit vir doctissimus, oblitus scilicet 'Comparationis' versus 8, in quo Philistio Menandri adversarius appellatur (ἔχων ἀγῶνα πρὸς Φιλιστίωνα νῦν). Quo anno apologiam mimorum Gazae in Philistaea declamaverit Choricius, nescimus; constat autem discipulum eum fuisse Procopii Gazaei rhetoris, qui imperante Anastasio (a. 491—518) docuit, et post magistri mortem eius successorem in urbe patria rhetoricae potissimum et poeseos laude florente [3]) factum esse. Itaque suspicari licet aut hanc ipsam, quae ad nostram memoriam pervenit, Μενάνδρου καὶ Φιλιστίωνος Σύγκρισιν aut deperditum aliquod Menandri et Philistionis Certamen, ad cuius exemplum ea, quae servata est, Σύγκρισις non multo post composita sit, imperante Iustiniano vel paulo ante Iustiniani imperium Gazae vel potius in urbe aliqua ab hac non nimio spatio dirempta (veluti Caesareae) compositum ac publice declamatum esse, atque in illo litterarum angulo trimetros iambicos ea fictos esse licentia, quam supra (p. 13 sq.) pluribus persecuti sumus. Diversas quidem leges sequitur Ioannes Gazaeus, Nonni imitator, cuius Ἔκφρασιν τοῦ κοσμικοῦ πίνακος commemoraverat [4]) Procopius Gazaeus imperatoris Anastasii aequalis, in pangendis eis trimetris, quos utrique 'Descriptionis' parti et duobus carminibus anacreonticis [5]) praemisit. Verum et varios iambici trimetri χαρακτῆρας Byzantina aetate distinctos esse monui supra (p. 11 sq.) neque uni eidemque scholae omnes addicti erant poetae.

Eiusmodi declamationes Menandri et Philistionis personatorum et sententiis inter se certantium quantopere placuerint Graeculis in Palaestina habitantibus, docent 'Disticha Parisina' et 'Appendices I et II', nec dissimile veri est non paucos eorum trimetrorum, qui Menandro vel Philistioni tribuuntur in collectionibus sententiarum ex 'Parallelorum' libro, de quo supra (p. 8) dixi, derivatis haustos esse ex similibus Menandri et Philistionis Certaminibus hodie aut deperditis aut nondum ex codicum miscellaneorum latebris in lucem protractis.

Eorum, quae infra edo, Certaminum verbis partim emendatis partim emendandis subscripsi et Menandri Philemonisque editionum, quibus vulgo utimur, paginarum numeros et sententiarum similium memoriam apud alios scriptores servatam et codicum lectionem discrepantem integram et emendationes coniecturasque ab hominibus doctis propositas.

Denique grato animo profiteor codicum Stobaei florilegii (S = Vindobonensis saec. XI, M = Escurialensis saec. XII. A = Parisini 1984 saec. XIV) lectiones, quas in adnotatione 'Comparationi' subiecta commemoravi, debere me insigni Ottonis Hense amici officiosissimi liberalitati; codicis B (id est Parisini 1985 saec. XVI) audacter ac foede interpolati lectiones teste Gaisfordio commemoravi.

[1]) Cf. quae supra (p. 9) de simili errore ab aliis Graeculis commisso rettuli.
[2]) 'Oeuvres' II p. 74.
[3]) Cf. e. g. Starkium 'Gaza und die philistäische Küste' p. 634 sqq.
[4]) Cf. Fridericum Hanssen in Philolog. Supplem. V p. 205.
[5]) Ed. Eugenius Abel (Berolini a. 1882) p. 13 sq. 34. 57.

I.

Μενάνδρου καὶ Φιλιστίωνος σύγκρισις.

1 1 Ὁ πᾶσιν ἀρέσας ἐν σοφοῖς ποιήμασιν,
2 2 ὁ τοῦ βίου τὴν πρᾶξιν ἐπιδείξας σοφοῖς,
3 3 Μένανδρος ὁ σοφός, νῦν πάλιν παραινέσω.
4 4 χαίρειν προστάξας τοῖς ἀκούουσιν νέοις.
5 5 ὅπως ἕκαστος ἀκούων μου μανθάνῃ
6 6 τὴν τοῦ βίου εὐθεῖαν, ἣν ὑμῖν φράσω,
7 7 παρηγορῶν ἕκαστον ἐς τὸ συμφέρον,
8 8 ἔχων ἀγῶνα πρὸς Φιλιστίωνα νῦν,
9 9 τὸν τερπνὸν καὶ φιλητὸν καὶ βιωφελῆ,
10 10 ἐκ τῶν κατὰ μέρος ἐκλεγέντων πραγμάτων.
11 11 Ἀρξόμεθα λοιπὸν περὶ τύχης ⟨λέγειν⟩ σοφῶς.
12 12 Ὅταν τις ἡμῶν ἀμέριμνον ἔχῃ τὸν βίον,
13 13 οὐκ ἐπικαλεῖται τὴν τύχην εὐδαιμονῶν·
14 14 ὅταν δὲ λύπαις περιπέσῃ καὶ πράγμασιν,
15 15 εὐθὺς προσάπτει τῇ τύχῃ τὴν αἰτίαν.

Φιλιστίων.

16 16 Μηδέποτε μέμφου τὴν τύχην, εἰδὼς ὅτι
17 17 καιρῷ πονηρῷ καὶ τὰ θεῖα δυστυχεῖ.
18 18 Μὴ λύπει σαυτὸν τοῦτο γινώσκων, ὅτι,
19 19 ὅταν ποτ' ἀνθρώποισιν ἡ τύχη γελᾷ.

Maiores numeri versibus praefixi ad hanc editionem pertinent, minores numeri ad editionem Rutgersianam.
12—15: Menandr. inc. fab. fr. XX p. 204 ed. M[1] (= p. 239 ed. M[2]); = Menandr. in Grotii Exc. p. 759 ‖ 12—15 cf. Gnomologium quod dicitur Ioannis Damasceni in codice Laurentiano VIII 22 saec. XIII servatum (ed. Gaisford post Stobaei eclogas Oxonii 1850) II cap. 12, 21, ubi haec tradita sunt in folio 144r medio: Φιλη̄: Ὅτάν τις ἡμῶν ἀμέριμνον ἔχῃ βίον, οὐκ ἐπικαλεῖται τὴν τύχην εὐδαίμονα· ἐπάν (erasa tamen littera ν) δε λύπαις περιπέσῃ καὶ πράγμασι, εὐθὺς προσάπτει τῇ τύχῃ τὴν αἰτίαν. ‖ 12—15 cf. etiam Menandr. monost. 621: οὐκ ἔστιν ὅστις τὴν τύχην οὐ μέμφεται. ‖ 16. 17: Philem. inc. fab. fr. LXXIV p. 420 ed. M[1] (= p. 57 ed. M[2]; = fr. 165 ed. Kock); = Philem. in Grotii Exc. p. 777 ‖ 16—17 cf. e. g. Senec. dial. VI 12, 4: *ne deos quidem fabulae immunes reliquerunt, puto, ut nostrorum funerum levamentum esset etiam divina concidere* ‖ 18—22: Philem. inc. fab. fr. XIV 1—5 p. 399 ed. M[1] (= p. 39 ed. M[2]; = fr. 110. 111 ed. Kock); = Philem. in Grotii Exc. p. 777 sq. ‖ 18—19 cf. Euripid. fr. 174 p. 325 ed. Nauck ‖ 18 cf. etiam Menandr. inc. fab. fr. XLVII, 2 ed. M[2]

---

1 πᾶσιν *QP* Ri Ru] πάντας Heinsius ‖ 3 παραινέσω scripsi] παραινω *QP*, παραινέω Ri Ru ‖ 4 προστάξας *QP* Ri Ru] προτάξας Heinsius (non male) ‖ ἀκούουσιν νέοις Ri] νέοις ἀκούουσιν *QP* Ru ‖ 5 ἕκαστος ἀκούων μου *QP* Ri] ἕκαστος μου ἀκούων καὶ Ru ‖ μανθάνῃ ex μανθάνει correctum ut videtur *Q* ‖ 7 hunc versum totum tamquam delendum [fortasse recte] punctis et uncinis minio pictis includit *P*; in verborum contextu hunc versum omisit Ri, haec adnotans: „in mss. additur παρηγορῶ ἕκαστον εἰς τὸ συμφέρον" ‖ παρηγορῶν Ru] παρενγορῶ *QP* ‖ ἐς *QP*] εἰς Ru ‖ 9 βιωφελῆ Ri Ru] βιοφελῆ *QP* ‖ 10 ἐκλεγέντων Ri Ru] ἐκ λεγόντων *QP* ‖ 11 περὶ τύχης ⟨λέγειν⟩ scripsi exempli gratia] περὶ τύχης *QP* Ri Ru, ⟨τὰ⟩ περὶ ⟨τῆς⟩ τύχης Morellus, ⟨νῦν⟩ περὶ ⟨τῆς⟩ τύχης Rutgers, ⟨τῶν⟩ περὶ ⟨τῆς⟩ τύχης Heinsius ‖ 12 ad hunc versum *P* (non *Q*) minio adscriptum in margine habet μένανδρος; inscriptionem Μένανδρος. περὶ τύχης ante v. 12 addunt Ri Ru ‖ 12 ὅταν τις ἡμῶν ἀμέριμνον ἔχῃ τὸν Ri et Ru (nisi quod τίς pro τις habet Ri) correpta paenultima vocabuli ἀμέριμνον syllaba (de qua mensura cf. Choeroboscum Exeg. in Hephaest. p. 49 ed. Hoerschelmann in Anecd. Var. I; ὅταν τις ἡμῶν ζῇ ἀμέριμνον τὸν collato Philemonis fragm. 92, 8 ed. Kock scribere nolui)] ὅταν τις ἡμῶν· ἀμέριμνον ἔχει τὸν *QP*, ὅταν ἀμέριμνον ἔχῃ τις ἡμῶν τὸν vel potius ἀμέριμνον ὅταν ἔχῃ τις ἡμῶν τὸν Meineke, ὅταν ἀμέριμνον ἔχῃ τις ἡμῶν τὸν Bothe 'Die griechischen Komiker' (Lipsiae 1844) p. 83, ὅταν τις ἡμῶν ⟨μὲν⟩ ἀμέριμνον ἔχῃ βίον Herwerden Obs. crit. in fragm. com. Graec. p. 93, ὅταν ⟨μὲν⟩ ἀμέριμνόν τις ἡμῶν ζῇ βίον Meineke (in ed. Stobaei flor. IV p. XXXII) ‖ 14 περιπέσῃ Ri] περιπέσῃ *QP*, ἐπιπέσῃ Ru ‖ 16 inscr.: φιλιστιων (sic) *Q* ‖ 18 μὴ λύπει σαυτόν scripsi dubitanter] μὴ λύπῃς σαυτὸν *QP*, μὴ λύπῃς σαυτὸν Ri Ru, μὴ λύπει αὑτὸν Morellus (non male), μὴ λύπει ἑαυτὸν Heinsius, μὴ αὐτὸν σὲ λύπει Grotius, μήποτε | λύπει σεαυτὸν vel μὴ θέλε | λυπεῖν σεαυτὸν M[1], μὴ | λύπει σεαυτὸν Dobree Advers. II p. 291

20 20 πάντων ἀφορμὴ τῶν καλῶν εὑρίσκεται·
21 21 ὅταν δὲ δυστυχῇ τις, οὐδ' εὐφραίνεται.
22 22 Ἅπαντα νικᾷ καὶ μεταστρέφει τύχη.

Μένανδρος. περὶ πενίας.

23 23 Πένης λέγων τἀληθὲς οὐ πιστεύεται.
24 24 Πένητος ἀνδρὸς οὔτι δυστυχέστερον·
25 25 ἅπαντα μοχθεῖ κἀγρυπνεῖ κἀργάζεται,
26 26 ἵν' ἄλλος ἐλθὼν μεταλάβῃ κεκτημένος.
27 Τῶν γὰρ πενήτων ἐργατῶν ἀεὶ ⟨πόνος⟩
28 ποιεῖ προχωρεῖν τὰς τρυφὰς τῶν πλουσίων.

Φιλιστίων.

29 27 Πρόσεστιν ἀεὶ τῷ πένητ' ἀπιστία·
30 28 κἂν σοφὸς ὑπάρχῃ κἂν λέγῃ τὸ συμφέρον,
31 29 δοκεῖ τι φράζειν τοῖς ἀκούουσιν κακῶς.
32 30 Τῶν γὰρ πενήτων πίστιν οὐκ ἔχει λόγος·
33 31 ἀνὴρ δὲ πλουτῶν, κἂν ἄγαν ψευδηγορῇ,

22 cf. Stob. anthol. I 6, 15 ed. Wachsmuth: Χαιρήμονος. ἅπαντα νικᾷ καὶ μεταστρέφει τύχη· | οὐδεὶς δὲ νικᾷ μὴ θελούσης τῆς τύχης (μὴ θελησάσης τύχης coni. M[2]), quorum versuum priorem Chaeremonis tragici (fr. 19; trag. fr. p. 611), posteriorem comici poetae esse iudicat Nauck ‖ 22 cf. etiam Anaxandridae fr. 4, 2 ed. Kock ‖ 23: Menandr. inc. fab. fr. CCLXXVII p. 269 ed. M[1] (= p. 292 ed. M[2]); = Menandr. in Grotii Exc. p. 759 ‖ 24—26: Menandr. inc. fab. fr. XL p. 211 sq. ed. M[1] (= p. 247 ed. M[2]); = Menandr. in Grotii Exc. p. 759 ‖ 24 sqq. cf. Crantoris versus apud Stobaeum flor. XCVI 13 servatos (vide de eis Antonium Elter 'de Ioannis Stobaei codice Photiano' Bonnae 1880 p. 31) ‖ 24 cf. Gregor. Naz. vol. II p. 432 (ed. Caillau) de virtute vers. 374 πένητος ἀνδρὸς οὐδὲν ἀθλιώτερον, Gregor. Naz. II p. 604 Gnom. tetrastich. 125 πένητος ἀνδρὸς οὐδὲν ἀσφαλέστερον ‖ 24 cf. Diphil. fr. 104 (apud Stobaeum. flor. XCV 3) ed. Kock: πένητος ἀνδρὸς οὐδὲν εὐτυχέστερον· | τὴν ἐπὶ τὸ χεῖρον μεταβολὴν οὐ προσδοκᾷ. ‖ 29—34: Philem. inc. fab. fr. XIX p. 399 sq. ed. M[1] (= fr. XV p. 39 ed. M[2]; = fr. 102 ed. Kock); = Philem. in Grotii Exc. p. 779 ‖ 29—34 cf. e. g. Euripid. fr. 329 ‖ versus 30—34 inter fragmenta tragicorum adespota (fr. 92) recepit Nauck p. 668 ‖

21 ab hoc versu novam sententiam incipere putat Dobree Adv. II p. 291 ‖ δυστυχῇ τις Meineke] δυστυχεῖ τίς *QP*, δυστυχεῖ τις Ri Ru ‖ οὐδ' εὐφραίνεται *QP* Ri Ru] οὐ σ' εὐφραινέτω Rutgers, οὔ σ' εὐφραινέτω Grotius, οὐδὲν φαίνεται Bothe l. c. p. 73 ‖ 22 νικᾷ Ri Ru] νικᾶ *QP*, δὲ κυκᾷ Heinsius, κυκᾷ Grotius, κινεῖ Heimsoeth in ind. schol. Bonn. a. 1867 p. XIX ‖ τύχη Rutgers] τύχην *QP* Ri Ru ‖ 23 inscr.: μενανδρος *Q* ‖ 23 τ' ἀληθὲς Ri Ru, τὸ ἀληθὲς *QP* ‖ 24 ἀνδρὸς οὔτι Rutgers et M[2] et Nauck (Mélanges Gréco-Romains V p. 240)] ἀνδρὸς οὐκ ἔστι *QP*, ἀνδρὸς οὐκ ἐστὶ Ri, ἀνδρὸς οὐκ ἐστι Ru, οὐδέν ἐστι Grotius; ἀνδρὸς οὐδέν ἐστ' ἀτυχέστερον Heinsius, ἀνδρὸς οὐδὲν ἀθλιώτερον Dobree Adv. II p. 291 (cf. Gregor. Naz.) et Heimsoeth in ind. schol. Bonn. a. 1867 p. V et Nauck l. c. ‖ 25 κ' ἀγρυπνεῖ κ' ἐργάζεται Ri Ru, καὶ ἀγρυπνεῖ καὶ ἐργάζεται *QP* ‖ 26 ἵν' Ru] ἵνα *QP* Ri ‖ κεκτημένος Heimsoeth l. c.] καὶ κτήσηται *Q* Ri Ru, καὶ κτήσεται (η supra ε) *P*, καὶ κτήσεται Rutgers, καὶ κτήσεως Heinsius, τῆς κτήσεως vel κτῆσίν τ' ἔχῃ Meineke (non male), καὶ καταφάγῃ Naber Mnem. nov. ser. VIII p. 423; μεταλάβοι κτήσαιτό τε Grotius ‖ versus 27 et 28 accesserunt ex *QP*, om. Ri Ru, Rigaltius autem haec adnotat: „in mss. sequuntur ista nullius pretii: τῶν γὰρ πενήτων ἐργατῶν ἀεὶ ποιεῖς τὰς τροφὰς προχωροῦσι τὰ τῶν πλουσίων." ‖ 27—28 sic C. Zacher exempli gratia] τῶν γὰρ πενήτων ἐργάτων ἀεὶ ποιεῖς τὰς τροφὰς· προχωροῦσιν τὰ τῶν πλουσίων *QP*; in codicum *QP* margine crucis signum adpictum est, in *P* hi versus tamquam delendi punctis notantur ‖ 29 πρόσεστιν ἀεὶ τῷ πένητ' scripsi] πρόσεστιν δὲ τῶ πένητι *QP*, Πρόσεστιν δὲ τῷ πένητι Ri Ru, πρόσεστιν αἰεὶ τῷ πένητ' Morellus et Bentley p. 132, πρόσεστιν ἡ δὲ τῷ πένητ' Rutgers, πρόσεστι δὴ καὶ τῷ πένητ' Heinsius, πρόσεστιν ἄρα καὶ τῷ πένητ' Grotius, ἀεὶ πρόσεστι τῷ πένητ' Bentley p. 132, τῷ γὰρ πένητι μὲν πρόσεστ' ἀπιστία M[2], πρόσεστι δὲ τῷ πένητί ⟨γέ τις⟩ ἀπιστία Bothe l. c. Elisionem vocalis extremae dativi πένητι (de qua conf. Elmsleium ad Eur. Heraclid. 693, Elmsleium et God. Hermannum ad Soph. Oed. Col. 1436, eos quos memorat Dobree ad Aristoph. Plut. 689, Meinekium[1] p. 556 sq. (adnot.), Nauckium ad Soph. Oed. Col. 1436 et Trach. 675) huic poetastro condonandam esse censeo ‖ 30 κἂν *QP*] κᾂν Ri Ru ‖ ὑπάρχῃ ex ὑπάρχει correctum *QP* ‖ κἂν *QP*] κᾂν Ri Ru, καὶ M[2] ‖ λέγῃ ex λέγει correctum *QP* ‖ τὸ *QP* Ri Ru] τι Meineke ‖ 31 ακουουσιν (sic) *Q* ‖ κακῶς Ru] οὐκ ὀρθῶς *QP*; collato versu 34 possis adeo ἀκούουσ' οὐ σαφές vel similia temptare ‖ versum 31 in Comparationis contextu omittit Ri, Rigaltius autem haec adnotat: „in mss. additur: δοκεῖ τι φράζειν τοῖς ἀκούουσιν οὐκ ὀρθῶς." ‖ versus 29—31 Menandro, 32—34 Philistioni tribuit Heinsius; Philemoni Dobree (ad Aristoph. Plut. 689) abiudicat versus 29—31, Meineke[2] versus 31 et 32 ‖ 33 ψευδηγορῇ Ri Ru] ψευδηγορῆ ex ψευδηγορεῖ correctum *QP* ‖

34 32 δοκεῖ τι φράζειν τοῖς ἀκούουσ' ἀσφαλές.

Μένανδρος. περὶ γήρους.

35 33 Ὦ γῆρας ἐχθρὸν σωμάτων ἀνθρωπίνων,
36 34 ἅπαντα συλῶν καλὰ τῆς εὐμορφίας
37 35 καὶ μεταχαράσσον τὴν μὲν ἀνδρίαν μελῶν
38 36 εἰς ἀπρεπές, τὸ δὲ τάχος εἰς ὄκνον πολύν,
39 [ὁ νοῦς· ὅτι οὐκ ἔνεστιν δύναμις τοῦ σώματος.]
40 φεύγει δὲ πάντα καὶ τὸ λαμπρὸν ὀμμάτων.

Φιλιστίων.

41 37 Ἐπὰν γέρων γένηται πλούσιος γεγώς,
42 38 καλὸν τὸ γῆράς ἐστιν ἐπὶ τούτῳ μόνον·
43 39 ἔχει γὰρ χειραγωγὸν τὸν πλοῦτον γέρων.
44 40 Ἐπὰν ἴδῃς γέροντα ⟨πενιχρὸν⟩ καὶ μόνον,
45 41 μηδὲν ἐπερώτα· πάντα γὰρ κακῶς ἔχει·
46 42 „καλὸν τὸ θνήσκειν" ἔστιν ἐπὶ τούτῳ λέγειν.
47 43 Μὴ νουτέθει γέρονθ' ἁμαρτάνοντά που·

35—38: Menandr. inc. fab. fr. XXI p. 204 ed. M[1] (= p. 239 ed. M[2]); = Menandr. in Grotii Exc. p. 759 ‖ 35. 36 cf. Menandri παραινέσεις *A* 23. 24 ex codice Urbinate ed. Guil. Meyer (in Actis academ. Bavar. XV ser. II p. 426): ὦ γῆρας ἐχθρὸν σώμασιν ἀνθρωπίνοις, | ἅπαντα συλοῦν καλὰ τῆς εὐμορφίας. ‖ 41—43: Philem. inc. fab. fr. XXXVI p. 409 ed. M[1] (= p. 47 ed. M[2]; = fr. 127 ed. Kock); = Philem. in Grotii Exc. p. 779 ‖ 44—46: Philem. inc. fab. fr. XXXVII p. 410 ed. M[1] (= p. 47 ed. M[2]; = fr. 128 ed. Kock) ‖ 44. 45 cf. Stob. flor. CXVI 17 [= Maxim. ⟨in Maximi Confessoris operibus ed. Combefis II⟩ p. 635 sq.; cf. etiam Arsenium in Leutschii Paroemiogr. II p. 648 num. 81 e]: Φιλήμονος (= Philem. fr. 125 ed. Kock). Σύρα, Σύρα. ⟨B.⟩ τί ἐστι; ⟨A.⟩ πῶς ἡμῖν ἔχεις; | ⟨B.⟩ μηδέποτ' ἐρώτα τοῦτ' (haec tria verba om. S, μηδέποτ' ἐρῶτα τοῦτο M), ἐπ' ἂν γέροντ' ἴδῃς | ἢ γραῦν τιν' (τινὰ SM)· ἴσθι δ' εὐθὺς ὅτι κακῶς ἔχει. | 44—46 cf. Menandr. fr. LXVI ed. M[2]: ὅταν ᾖ γέρων τις ἐνδεής τε τὸν βίον, | οὐδὲν τὸ θνῄσκειν δεινόν κτλ. ‖ 46 cf. e. g. inscriptionem Eumeniae repertam ed. Kaibel Epigr. Graec. 426 (= Menandri παραινέσεις *K* 12 ex codice Urbinate ed. Guil. Meyer): καλὸν τὸ θνήσκειν, οἷς τὸ ζῆν ὕβριν φέρει ‖ 47. 48: Philem. inc. fab. fr. LIV p. 416

34 ἀκούουσ' ἀσφαλές dubitanter scripsi cum Grotio, siquidem ne a pluratívi quidem numeri -: elidendo abhorruisse videtur hic poetaster] ἀκούουσιν ἀσφαλές *QP* Ri Ru, ἀκούουσιν καλῶς M[1], ἀκούουσιν σαφές (vel καλῶς vel καλόν) Dobree ad Aristoph. Plut. 689, κλύουσιν ἀσφαλές M[2] („si tragici poetae locus est"); παροῦσιν ἀσφαλές Kock ‖ versus 32—34 Euripidis esse suspicatur Dobree l. c. et Adv. II p. 290 ‖ 35 inscr.: μενανδρος *Q* ‖ γήρους *QP*] γήρως Ri Ru ‖ 35 γῆρας Ri Ru] γήρας *QP* ‖ 36 καλὰ *QP* Ri Ru] ⟨τὰ⟩ καλὰ Meineke (non male) ‖ 37 μεταχαράσσον Ri Ru] μεταχαράσσων *QP*, μεταχαράττον M[2] ‖ ἀνδρίαν *QP* Ri Ru] ἀνδρείαν Heinsius, ἁρμονίαν Bergk, ἀγλαΐαν M[2] ‖ 38 ἀπρεπὲς Ri Ru] ἀπρεπῆν (sic) *Q*, ἀπρεπὴν *P*; τἀπρεπὲς Bentley p. 104 (non male) ‖ versus 39 et 40 accesserunt ex *QP*, in codicum *QP* margine crucis signum adpictum est, verba ὁ νοῦς tamquam delenda punctis notat *P*. Versus 39 et 40 in Comparationis contextu omittunt Ri Ru; Rigaltius autem haec adnotat: „sequitur in mss. ὁ νοῦς, ὅτι οὐκ ἔνεστι δύναμις τοῦ σώματος", silentio igitur praeteriit versum 40. Versu 39 glossema contineri apparet (cf. etiam Menandr. monost. 648 ed. M[2]) ‖ 40 πάντα corruptum videtur ‖ ὀμμάτων scripsi] τῶν ὀμμάτων *QP* ‖ 41 ἐπὰν *QP*] ἐὰν Ri Ru ‖ γέρων γένηται πλούσιος γεγὼς dubitanter scripsi cum Ri Ru] γέρων γένηται πλούσιος. γεγονὼς *QP*, γέρων γένηται ὄλβιος γεγὼς Heinsius, γέρων γένοιτο πλούσιος γεγὼς Grotius, γένηται πλούσιος γεγὼς γέρων Meineke; possis etiam γένηται πλούσιος γεγονὼς γέρων temptare ‖ versum 41 delet (id est Philemoni abiudicat) Dobree Adv. II p. 291, versum 42 ante versum 41 transponi iubet M[2] ‖ 42 γήρας ἔστιν *QP*, γῆρας ἐστὶν Ri Ru ‖ 43 sic *QP* Ru, nisi quod ὁ γέρων habent pro γέρων; versum 43 in Comparationis contextu omittit Ri, Rigaltius autem haec adnotat: „aliquid boni sequitur in mss. ἔχει γὰρ χειραγωγὸν τὸν πλοῦτον ὁ γέρων. unde versus componi queat: τὸν χειραγωγὸν γὰρ ἔχει πλοῦτον γέρων" (hoc male). Aliter metrum corrigere conati sunt alii: τὸν χειραγωγὸν πλοῦτον ὁ γὰρ γέρων ἔχει Rutgers, ἔχει γε χειραγωγὸν τὸν πλοῦτον γέρων Grotius, Πλοῦτον γὰρ οὗτος χειραγωγήσοντ' ἔχει Bentley p. 132, μόνον | τὸν Πλοῦτον ἢν τις χειραγωγήσοντ' ἔχῃ Dobree Adv. II p. 291 ‖ 44 Ἐπὰν ἴδῃς γέροντα ⟨πενιχρὸν⟩ scripsi exempli gratia] ἔπαν εἴδῃς γέροντα ex ἔπαν εἴδεις γέροντα correctum *QP*; ὦ γέρον, ἐπὰν ἴδῃς γέροντα Ri Ru, quorum verborum prima duo ex versus proxime praecedentis clausula (ubi legitur τὸν πλοῦτον ὁ γέρων) a Ri addita esse apparet ‖ 45 μηδὲν ἐπερώτα Ri Ru] μηδὲν ἐπερῶτα *QP*, μηδέποτ' ἐρώτα Meineke (collato Philemonis fr. 125 ed. Kock), μηδὲν ἔτ' ἐρώτα Dobree Adv. II p. 291 ‖ 46 ἔστιν Grotius Dict. Poet. p. 481] ἐστὶν *QP* Ri Ru ‖ ἐπὶ sup. lin. scriptum *P* ‖ λέγειν *QP* Ri Ru] λέγει (scil. ὁ γέρων) Rutgers; καλὸν δὲ θνήσκειν ἐστὶν ἐπὶ τούτῳ, λέγε Heinsius ‖ versum 46 Philemoni abiudicat Dobree Adv. II p. 291 utpote ex versu 42 natum ‖ 47 γέρονθ' Morellus et Heinsius] γέροντα *QP* Ri Ru ‖ ἁμαρτάνοντά που Morellus et Heinsius]

48 44 δένδρον παλαιὸν μεταφυτεῦσαι δύσκολον.

Μένανδρος. περὶ πλούτου.

49 45 Αἰσχύνομαι πλουτοῦντι δωρεῖσθαι φίλῳ,
50 46 μή μ' ἄφρονα κρίνῃ καὶ διδῶν αἰτεῖν δοκῶ.
51 47 Μισῶ πένητα πλουσίῳ δωρούμενον·
52 48 ἔλεγχός ἐστι τῆς ἀχορτάστου τύχης.
53 Μὴ τὴν ὀφρὺν ἔπαιρε ⟨– ⏑ – ⏑ –⟩·
54 [μὴ οὐ χρυσὸς περίσημος ᾖ, ἀλλὰ πηλὸς ᾖ.]
55 κἂν γὰρ μέχρι νεφῶν τὴν ὀφρὺν ἀνασπάσῃς,
56 ὁ θάνατος αὐτὴν πᾶσαν ἑλκύσει κάτω.
57 Κἂν μυρίων γῆς κύριος πηχῶν ἔσῃ,
58 θανὼν γενήσῃ τάχα τριῶν ἢ τεσσάρων.

Φιλιστίων.

59 49 Ἀεὶ ὁ πλοῦτος συμφορὰς πολλὰς ἔχει,

ed. M^1 (= p. 54 ed. M^2; = fr. 147 ed. Kock); = Philem. in Grotii Exc. p. 779 ‖ 47. 48 in Antonii Melissa p. 104 (ed. Gesner a. 1546) hi sunt: μὴ νουθέτει γέροντα ἁμαρτάνοντα· δένδρον γὰρ παλαιὸν μεταφυτεῦσαι δύσκολόν ἐστιν ‖ 48 cf. Zenob. III 1 (γεράνδρυον μεταφυτεύειν· ἐπὶ τοῦ ἀδυνάτου. παρεγγυᾷ δὲ ὅτι μὴ δεῖ τοὺς παρηβηκότας προάγειν εἰς τὰ τῶν ἀκμαζόντων ἔργα) et quos memorat Leutsch in adnotatione huic Zenobii loco subiecta (quibus addas Gregorium Cyprium cod. Mosq. II 76) ‖ 49. 50: Menandr. inc. fab. fr. CXLII p. 239 ed. M^1 (= p. 267 [cf. p. 707] ed. M^2); = Menandr. in Grotii Exc. p. 759 ‖ 49. 50 cf. Plutarch. de EI Delph. p. 384d: στιχιδίοις τισὶν οὐ φαύλως ἔχουσιν . . . ἐνέτυχον πρῴην, ἅ Δικαίαρχος Εὐριπίδην οἴεται πρὸς Ἀρχέλαον εἰπεῖν· „οὐ βούλομαι πλουτοῦντι δωρεῖσθαι πένης, | μή μ' ἄφρονα κρίνῃς ἢ διδοὺς αἰτεῖν δοκῶ“ (cf. M^2 p. 707). Cf. Nauckii trag. fr. 960 p. 525, qui num Menandro haec tribuenda sint, dubitat; cf. etiam Guilelmum Meyer in Actis academiae Bavaricae XV ser. II p. 438 sq. ‖ 51. 52: Menandr. inc. fab. fr. CXLIV p. 239 ed. M^1 (= p. 267 ed. M^2); = Philem. in Grotii Exc. p. 779 ‖ 51 = Menandr. monost. 360 ‖ 51 cf. Gregor. Naz. II p. 590 (ed. Caillau) Gnom. distich. 61: μισῶ πένητα πλουσίῳ δωρούμενον ‖ 55. 56 leguntur infra in 'Distichis Parisinis' v. 23. 24 ‖ 55 cf. e. g. Polluc. II 49, huius Comparationis versum 113, Dobree ad Aristoph. Plut. 756, Alciphronis epist. ed. Seiler p. 234 sq. ‖ 57. 58 leguntur infra in 'Distichis Parisinis' v. 21. 22 ‖ 57. 58 apud Maximum II p. 572 (ed. Combefis) et in Antonii Melissa p. 39 (ed. Gesner) hi sunt: Φιλιστίων (sic Maxim., Φιλιστίωνος Anton.; in 'Melissa Augustana' legitur Μενάνδρου). Κἂν μυρίων πηχῶν γῆς κύριος ὑπάρχεις (Anton.: ὑπάρχῃς), θανὼν γενήσῃ τριῶν ἢ τεσσάρων. Cf. etiam Curtium Wachsmuth 'Studien zu den griech. Florilegien' p. 122 et p. 159 med. ‖ 59–67: Philem. inc. fab. fr. VII p. 395 sq. ed. M^1 (= p. 35 ed. M^2; = fr. 92 ed. Kock) ‖ 59–67 hi sunt in Stobaei flor. XCVII 19 codicibus SMA: Φιλήτου. Ἀεὶ τὸ πλουτεῖν συμφορὰς πολλὰς ἔχει, | φθόνον τε κἀπήρειαν (sic Trincavell. p. 504, κ' ἐπήρειαν S, καὶ ἐπήρειαν MA) καὶ μῖσος πολύ, | πράγματά τε πολλὰ καὶ ὀχλήσεις μυρίας, | πράξεις τε πολλὰς συλλογάς τε τοῦ βίου. | εἶτα μετὰ ταῦτ' εὐθὺς εὑρέθη θανών (θανῶν M), | ἄλλοις καταλείψας εἰς τρυφὴν τὴν οὐσίαν· | ὅθεν πένεσθαι μᾶλλον ἡδέως ἔχω, | ἔχειν τε μέτρια κἀμέριμνον (καὶ ἀμέριμνον M) ζῆν βίον, | καὶ μήτ' ἔχειν με πλοῦτον μήτε πράγματα. | πᾶς γὰρ πένης ὢν μεγάλα κερδαίνει κακά. ‖ 59 cf. etiam locos, quos congessit Guil. Meyer in Actis academiae Bavaricae XV ser. II p. 437 sq. ‖

ἁμαρτάνοντα ποτέ *QP* Ri Ru, ἁμαρτάνοντά πω Rutgers, ἁμαρτάνοντά τι Grotius. Ausus non sum γέρονθ' ἁμαρτάνοντά ποτε μὴ νουθέτει aut γέρονθ' ἁμαρτάνοντα μήποτε νουθέτει scribendo caesuram legitimam restituere ‖ 48 μεταφυτεῦσαι scripsi (quamquam in proverbio esse γεράνδρυον μεταφυτεύειν monet Ioachimus Toeppel in programmate gymnasii Neobrandenburgensis a. 1867 p. 18)] μεταφυτεῦσω (vix μεταφυτεῦσα) *Q*, μεταφυτεῦσω *P*, μεταφυτεύειν Ri Ru ‖ 49 δωρεῖσθαι Morellus et Ru] δωρήσασθαι ex δωρίσασθαι correctum *QP*, δωρήσασθαι Ri ‖ 50 μ' Ri Ru] με *QP* ‖ καὶ] γ', ἢ Bothe l. c. p. 86 ‖ διδῶν αἰτεῖν *Q*] δίδων αἰτεῖν *P*, διδοὺς αἰτῶν Ri Ru, διδοὺς αἰτεῖν poetam Atticum scribere debuisse monuit Heinsius ‖ versus 51. 52 Philistioni dedit Heinsius (itaque Philemoni cum Grotio audacter tribuit God. Hermannus praef. ad Plauti Trin. p. XXVIII) ‖ ad 51. 52 cf. Cobetum Nov. Lect. p. 44 ‖ 52 ἔλεγχός ἐστι Ri Ru] ἔλεγχος ἐστὶ *QP* ‖ versus 53. 54 accesserunt ex *QP*, om. Ri Ru ‖ 53 Μὴ scripsi dubitanter] μήτω *QP* ‖ versus clausulam supplendi experimentum facere nolui, cum praesertim eis, quae in versu 54 leguntur, glossema contineri videatur ad eam sententiam, quae inest in versibus 49 sqq., pertinens; quo glossemate non deerunt qui olim trimetrum barbarum (μὴ οὐ χρυσὸς περίσημος, ἀλλὰ πηλὸς ᾖ) effectum esse suspicentur. An supplendum est v. 53 Μὴ τὴν ὀφρὺν ἔπαιρε ⟨μεῖζω τῆς τύχης⟩ collato versu 113? ‖ 54 περίσημος ᾖ ex περίσημος εἶ correctum *QP* ‖ πηλὸς ᾖ *QP* ita ut in utroque codice ᾖ ex εἶ correctum et deinceps tota haec vocula deleta sit ‖ versus 55. 56 hoc loco habent *QP* Ri, om. Ru ‖ 55 κἂν γὰρ μέχρι νεφῶν scripsi] ἐὰν γὰρ μέχρι νεφῶν *QP*, κἂν μέχρι νεφῶν Ri, κἂν μέχρι νεφέων Morellus, ἂν γὰρ μέχρι νεφῶν H. Iacobi ‖ ὀφρὺν H. Iacobi] ὄφρυν *QP* Ri ‖ 56 ἑλκύσει Ri] ἐκλύσει *QP* ‖ versus 57. 58 hoc loco habent *QP* Ri, om. Ru ‖ 57 κἂν *QP*] κᾆν Ri ‖ ἔσῃ Ri] ἔσῃ ex ἔσει correctum *QP* ‖ 59 ἀεὶ ὁ πλοῦτος *QP* Ri Ru] ὁ πλοῦτος αἰεὶ vel ἀεὶ τὸ πλουτεῖν Heinsius (hoc probabiliter, cf. Stobaeum) ‖

60 50 φθόνον τε κἀπήρειαν καὶ μῖσος πολὺ
61 51 πράγματά τε πολλὰ καὶ ὀχλήσεις μυρίας
62 52 πράξεις ⟨τε⟩ πολλὰς συλλογάς τε τοῦ βίου·
63 53 εἶτα μετὰ ταῦτα εὐθὺς εὑρέθη θανών,
64 54 ἄλλοις καταλείψας εἰς τρυφὴν τὴν οὐσίαν.
65 55 ὅθεν πένεσθαι μᾶλλον ἡδέως ἔχω
66 57 καὶ μήτ' ἔχειν με πλοῦτον μήτε πράγματα·
67 58 πᾶς γὰρ πένης ὢν μεγάλα κερδαίνει κακά.

Μένανδρος. περὶ θεῶν.

68 59 Ὁ μὲν Ἐπίχαρμος τοὺς θεοὺς εἶναι λέγει
69 60 ἀνέμους, ἥλιον, γῆν, ὕδωρ, πῦρ, ἀστέρας.
70 61 ἐγὼ δ' ὑπέλαβον χρησίμους εἶναι θεοὺς
71 62 τὸ ἀργύριον ἡμῶν καὶ τὸ χρυσίον·
72 63 ἱδρυσάμενος ⟨τούτους γὰρ⟩ εἰς τὴν οἰκίαν

68–76: Menandr. inc. fab. fr. X p. 196 sq. ed. M^1 (= p. 233 sq. ed. M^2) ‖ 68–76 cf. Stob. flor. XCI 29 (cf. etiam Arsenium in Leutschii Paroemiogr. II p. 560 num. 73a), in cuius codicibus SMAB haec tradita sunt: Μενάνδρου. Ὁ μὲν Ἐπίχαρμος τοὺς θεοὺς εἶναι λέγει | ἀνέμους, ἥλιον, γῆν, ὕδωρ, πῦρ, ἀστέρας· | ἐγὼ δ' ὑπέλαβον χρησίμους εἶναι θεοὺς | τὸ ἀργύριον ἡμῶν καὶ τὸ χρυσίον (B e coniectura addit μόνους)· | ἱδρυσάμενος τούτους γὰρ εἰς τὴν οἰκίαν | εὖξαι τ' εἰ (sic S; εὖξαι τ' εἰ M, sed αι τ' in ras. corr. M^2; εὔξαιτ' εἰ A; εὔξαιθ' ὃ B ex emendatione) βούλει, πάντα σοι γενήσεται (γενέσθαι A, γενήσεσθαι B), ἀγρός, οἰκίαι, θεράποντες, ἀργυρώματα, | φίλοι, δικασταί, μάρτυρες· μόνον δίδου· | αὐτοὺς (αὐτὸς MA) γὰρ ἕξεις τοὺς θεοὺς ὑπηρέτας. ‖ 68–75 cf. Stob. flor. XCI 13, ubi haec tradita sunt in codicibus SMAB: Φιλήμονος Πτέρυγες (= fr. 65 ed. Kock): τὸ τῆς Ἀμαλθείας (sic B ex emendatione, ἀμαλθιας S, ἀμαλθαίας M, ἀμαλθαίας ex ἀμαθαίας factum A^1) δοκεῖς εἶναι κέρας, | οἷον γράφουσιν οἱ γραφεῖς κέρας βοός; | ἀργύριόν ἐστι· τοῦτ' (τοῦτο MA) ἐὰν ἔχῃς, λέγε (λέγ' εἰ A) | πρὸς τοῦτ' εἰ (τοῦθ' ὃ B ex emendatione) βούλει· πάντα σοι γενήσεται, | φίλοι, βοηθοί, μάρτυρες, συνοικίαι (cf. Ioachimum Toeppel in programmate gymnasii Neobrandenburgensis a. 1867 p. 15 sqq. et Ottonem Hense Lect. Stob. p. 44)

60 φθόνον Ri Ru] φθονὸν *QP* ‖ τε κἀπήρειαν] τε καὶ ἐπήριαν (paenultima littera α ex ο correcta) *QP*, τε κἀπήρειαν Ri Ru, τ' ἐπήρειάν τε Salmasius et Rutgersius (non male); Rutgers (neglegenter) haec adnotat: „in MS. φθόνον τε ἐπήριον“ ‖ 61 πράγματά τε Rigaltius Ru (cum Stobaeo)] πράγματα δὲ *QP* ‖ pro versibus 61–62 hunc unum in Comparationis contextum recepit Ri: πράγματά τε πολλά, συλλογάς τε τοῦ βίου, Rigaltius autem haec adnotat: „πράξεις τε πολλάς. in mss. legitur: πράγματα δὲ πολλά, καὶ ὀχλήσεις μυρίας, πράξεις τε πολλάς.“ ‖ 61 καὶ ὀχλήσεις *QP* Ru et Stobaeus] κἀνοχλήσεις Bentley (probabiliter) ‖ 62 πράξεις τε Rigaltius (quasi haec in codicibus legerentur; cf. quae ad v. 61 adnotavi) et Ru (cum Stobaeo)] πράξεις *QP* ‖ συλλογὰς *Q*, συλλογὰς an συλλογάς incertum *P*, συμπλοκάς Nauck ‖ θράξεις τε φαύλας ἀλλαγάς τε τοῦ βίου Kock ‖ v. 62 Philemoni abiudicat M^2 ‖ 63 εἶτα μετὰ ταῦτα εὐθὺς *QP* Ri Ru (fere cum Stobaeo)] εἶτα μετὰ ταῦτα καί τις Heinsius, ⟨καὶ⟩ εἶτα μετὰ ταῦτ' εὐθὺς Grotius Dict. Poet. p. 395, ἔπειτα μετὰ ταῦτ' εὐθὺς Bentley p. 126 (probabiliter, cf. e. g. Sosipatrum ed. M^2 p. 482 vers. 16), εἶτα μετὰ ταῦτ' εὐθύς ⟨τις⟩ Meineke in editione Stobaei flor. vol. III p. XXXVI ‖ εὑρέθη Ri Ru et Stobaeus] εὐρέθη *QP*, sed in utroque post hoc vocabulum supra lineam additum est σῃ ‖ 64 καταλείψας *QP* Ri Ru et Stobaeus] καταλιπὼν Meineke in editione Stobaei l. c., καταλείπων Cobet Mnem. IX p. 141, καταγράψας Kock (collato Plut. Mor. p. 428c); cf. etiam Dobree Adv. II p. 290 ‖ 65 ἔχω *QP* Ri Ru et Stobaeus] θέλω Nauck et Madvig Adv. crit. I p. 720, ἔχει Meineke in editione Stobaei flor. vol. III p. XXXVI ‖ post versum 65 hunc versum, quem *QP* Ri omittunt, ex Stobaeo tacitus addit Ru: ἔχειν τε μέτρια κἀμέριμνον ζῆν βίον ‖ 66 μήτ' Ri Ru] μήτ' an μὴ τ' incertum *Q*, μὴ τ' *P* ‖ με πλοῦτον *QP* Ri Ru et Stobaeus] πλοῦτόν με Heinsius et Bentley (non male) ‖ μήτε Ri Ru] μήτε *QP* ‖ versum 66 Philemoni abiudicat M^2; ἡδέως ἔχω . . . . ἔχειν με Philemonem dicere non potuisse adnotat Kock ‖ 67 κακά *QP* Ri Ru et Stobaeus] καλά mavult Morellus; at conf. Nauckium Philol. V p. 559 (trag. fr. 669), Cobetum Var. Lect.^{2} p. 261. 379, Kockium Com. Att. II p. 506 sq. ‖ 68 ὁ μὲν ⟨γὰρ⟩ Ἐπίχαρμος θεοὺς Dobree Adv. II p. 283 ‖ 69 ἀνέμους ἥλιον γῆν ὕδωρ πῦρ ἀστέρας *QP* Ri Ru et Stobaeus] γῆν, ἥλιον, ἀνέμους, ὕδωρ, πῦρ, ἀστέρας Morellus; πῦρ, ἥλιον, γῆν, ὕδωρ, ἀνέμους, ἀστέρας Rutgers; ἥλιον, ἀνέμους, γῆν, πῦρ, ὕδωρ τε, κ' ἀστέρας Heinsius; ἀνέμους, ὕδωρ, γῆν, ἥλιον, πῦρ, ἀστέρας Grotius Dict. Poet. p. 549 (probabiliter); ἀνέμους, ὕδωρ, πῦρ, ἀστέρας, γῆν, ἥλιον Meineke (non male) ‖ 70 δ' Heinsius (cum Stobaeo)] δὲ *QP* Ri, om. Ru (neglegenter) ‖ 71 τὸ ἀργύριον *QP* Ri Ru et Stobaeus] τ' ἀργύριον Heinsius ‖ ἡμῶν *QP* Ri Ru et Stobaeus] ἡμῖν Grotius (non male) ‖ καὶ τὸ χρυσίον Ri Ru et Stobaei codices praeter codicem interpolatum B] καὶ τὸ χρύσιον (sic) *Q*, καὶ τὸ χρύσιον *P*, καὶ τὸ χρυσίον ⟨μόνον⟩ Heinsius, ⟨μοῦνον⟩ ἢ τὸ χρυσίον Salmasius de usuris p. 402, καὶ τὸ χρυσίον ⟨, Σίμων⟩ M^1, καὶ τὸ χρυσίον ⟨μόνα⟩ vel ⟨μόνον⟩ Dobree Adv. II p. 291, καὶ τὸ χρυσίον ⟨μόνους⟩ Cobet Nov. Lect. p. 82 [cum Stobaei codice interpolato B] (probabiliter) ‖ 70–71 ἐγὼ δ' ὑπέλαβον χρησίμους ⟨τινὰς⟩ θεοὺς | τἀργύριον εἶναι καὶ τὸ ⟨χρυσοῦν⟩ χρυσίον Bothe 'Die griech. Komiker' p. 82 ‖ 72 ἱδρυσάμενος Ri Ru (cum Stobaeo)]

73 64 εὔξαι τί βούλει, πάντα σοι γενήσεται,
74 65 ἀγρός, οἰκίαι, θεράποντες, ἀργυρώματα,
75 66 φίλοι, δικασταί⟨, μάρτυρες⟩· μόνον δίδου·
76 67 αὐτοὺς γὰρ ἕξεις τοὺς θεοὺς ὑπηρέτας.

Φιλιστίων.

77 68 Θεὸν νόμιζε καὶ σέβου, ζήτει δὲ μή·
78 69 πλεῖον γὰρ οὐδὲν ἄλλο τοῦ ζητεῖν ἔχεις.
79 70 Εἴτ' ἔστιν εἴτ' οὐκ ἔστι, μὴ βούλου μαθεῖν·
80 71 ὡς ὄντα τοῦτον καὶ παρόντ' ἀεὶ σέβου.
81 72 Τίς ἐστιν, ὁ θεὸς οὐ θέλει σε μανθάνειν·
82 73 ἀσεβεῖς τὸν οὐ θέλοντα μανθάνειν θέλων.

Μένανδρος. περὶ φίλου.

83 74 Χρυσὸς μὲν οἶδεν ἐξελέγχεσθαι πυρί,
84 75 ἡ δ' ἐν φίλοις εὔνοια καιρῷ κρίνεται.

Codicis Laurentiani LVIII 32 (nobis *L*, de quo cf. Bandinii catalogum II p. 479 sq.) folia 1—62 et 114—154 membranacea sunt et saeculo XII (inde a folio 114v altera manu ac fortasse potius ineunte saeculo XIII) scripta, folia 64—112 bombycina et saeculo XIII scripta, folia 63 et 113 et 155—171 chartacea et saeculo XV scripta. In folio 114r, quod eadem qua folia 1—62 manu saeculo XII scriptum est, hi leguntur trimetri viginti duo nondum editi, quorum scriptura cum admodum evanida sit, L. Cohn et R. Reitzenstein, quorum insigni liberalitati apographa scholaris huius sententiarum velitationis debeo, has tantum dispexerunt litteras*):

Μενάνδρου καὶ Φιλιστίωνοσ διάλεκτοσ: —

1 α'. Φ(ι)λιστίωνα τὸν καλόν τ(ε) κἀγαθό(ν) Μένανδροσ:
2 ἐγὼ [Μ]έ(ν)α(ν)δροσ πολλὰ χ(αί)ρ[ει]ν βο[ύλο]μα[ι]: —
3 β'. κα(ὶ) γὰρ †πα(ι)δ(ε)ῦσαι βούλομαι Φιλιστ(ί)[ων] Φιλιστίων:
4 .....(επ)[ει](ν Μ)[έ](να)νδρε τ(ὴ)ν (ἴ)σ(η)ν χ[άρ]ιν: —
5 γ'. ......χλ(α).....(υγ)χ....(π). πο. Μένανδροσ:
6 .....(ν) λέγει(ν) ἄ(ρξ)ασθαι ... βούλομαι: —
7 δ'. .(ο)ιν(ο)ν (θ)......(με) καὶ γὰρ τῆσ σχολῆσ Φιλιστίων:
8 [ε](ὐ)κα[ιρ](ί)α προτρέπεται τῷ λέγειν σαφῶσ: —
9 ε'. ὁ[ρ](ᾷ)[σ] (ἐ)[π](ὶ) (γ)ῆσ ἄνθρωπον τεθνηκότα· Μένανδροσ:
10 [ἄ](μ)εινον ἡμᾶσ μὴ γεννᾶσθαι τοὺσ βροτούσ: —
11 ς'. [οὐ γὰρ κ]ατ[ῄ]δ(ει ο)[ὕ]τοσ ἑαυτοῦ τὸν χρόνον Φιλιστίων:
12 [καὶ τὸν] (δι') ἄστρων ἀριθμὸν οὐκ ἐγνώρισεν: —
13 ζ'. (εἰ) γὰρ μαθὼν ἦν καὶ χρόνουσ ἠπίστατο, Μένανδροσ:
14 [ἔ](δ)ει τὸ τοῦτον θνητὸν ὄντα μὴ θανεῖν; : —
15 η'. [ἐ]ν δειλ(ίᾳ) γὰρ ζῶντεσ ἡμεῖσ τοῦ βίου Φιλιστίων:
16 .... (ε)ν ἡμῖν χὴ πλάνη παρίσταται: —
17 θ'. (ὅ)ταν θέλῃ τισ τἀπρεπῆ προσμανθάνειν, Μένανδροσ:
18 μάτην πλανᾶται τὸ σαφὲσ σαφῶσ μαθεῖν: —
19 ι'. ἐὰν θελήσῃσ βίον ἄλυπον ἐκτελεῖν, Φιλιστίων:
20 μὴ προσδόκα τὸ μέλλον κοὐ λυπῇ μάτην: —
21 ια'. ὅστισ κάτοιδε τοῦ βίου τὴν ἔκβασιν Μένανδροσ:
22 μαθὼν ὀδυνᾶται προσδοκῶν καθ' ἡμέραν: —

*) Nihil tacitus mutavi, nisi quod pro minusculis litteris passim substitui maiusculas; spero enim id unum hoc libello me effecturum esse, ut homines docti tandem perquirant codices miscellaneos et novas Menandri Philistionisque sententias indagent. Litteras, quarum lectio incertissima est, his uncinis () saepsi, a me suppletas his []. ‖ vers. 1 μενανδροσ *L* ‖ 5 aut χλ(α) aut χλ(η) *L* ‖ Μένανδροσ] μ̄ with ε̄ν above *L* ‖ 7 littera septima aut (θ) fuit aut (σθ) ‖ Φιλιστίων] φ with ῑ above *L* (item 11. 15. 19) ‖ 8 προτρέπεται an προστρέπεται incertum *L* ‖ τῷ scripsi dubitanter] τοῦ *L* ‖ 9 initio ὁ(ρ)α an ὁ(ν)α incertum *L* ‖ ἐπὶ producta syllaba posteriore pronuntiandum ‖ Μένανδροσ] μ̄ with ε̄ above *L* (item 13. 17. 21) ‖ 10 cf. e. g. Eurip. fr. 287. 900; Stob. flor. CXX ‖ 12 cf. e. g. Eurip. Herc. 667 sq. ‖ 16 aut (ε)ν aut (α)ν in *L* fuit ante ἡμῖν ‖ χὴ] καὶ ἡ *L* ‖ 17 θελὴ τὶσ *L* ut videtur ‖ 19 θελήσησ *L* ‖ 20 καὶ οὐ λυπῇ *L* ‖ 19—20 cf. Gnomologium Byzantinum ed. Wachsmuth in 'Studien z. d. gr. Flor.' p. 205 num. 245: εἰ βούλει βίον ἄλυπον ζῆν, τὰ μέλλοντα συμβαίνειν ὡς ἤδη συμβεβηκότα λογίζου ‖ 20 cf. 'Compar.' 195 μὴ λυποῦ μάτην ‖ 22 hic abrumpitur certamen in *L* imperfectum.

CORRIGENDA: p. 4, 17 sqq.] Codex *P* anno 1493 Patavii scriptus est (cf. Anecd. Var. I p. 280); paulo ante sed eodem fortasse anno et eadem in urbe suspicor manu Scipionis Carteromachi (i. e. ***Scipione Fortiguerri*** vel potius ***Forteguerra***, qui anno 1467 natus est) scriptum esse codicem *Q*, siquidem anno 1493 Scipionem Patavii vixisse constat (cf. Franc. Ant. Zachariae 'Bibliotheca Pistoriensis', Augustae Taurinorum a. 1752, p. 249 et 254 sq. ‖ p. 5 adn. 1 num. 5 redit in E. Milleri 'Fragments inédits de littérature grecque' (Parisiis 1883) p. 19 num. 78 ‖ p. 7, v. 37 lege „1838 a Friderico“ ‖ p. 8, 36 dele verba „Σύγκρισις—eiusdem“ ‖ p. 14, 5 lege „deprehenderis“ ‖ p. 13, 22 dele verba „qui saeculo VI“ ‖ p. 14, 3 lege ἀργύριον ‖ p. 16, 37 dele „4?.“ ‖ Ad 'Comp.' v. 57. 58 et 111—114 cf. Maximi memoriam in cod. Escurialensi servatam (in E. Milleri catalogo p. 301).

ORDO THEOLOGORUM EVANGELICORUM.

GEORGIUS LUDOVICUS HAHN, Dr. P. P. O. h. t. Dec. Publice I. *Doctrinam Ioannis apostoli* exponet d. Sat. h. VIII. et IX. Privatim II. *Theologiam Novi Testamenti* docebit quinquies h. VIII. III. *Evangelium Ioannis* interpretabitur quinquies h. IX.

IULIUS FERDINANDUS RAEBIGER, Dr. P. P. O. Publice I. *Exercitationes in Vet. Test. interpretando* moderabitur *in seminario regio* d. Sat. h. IX. et X. Privatim II. *Encyclopaediam theologiae* docebit d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. IX. III. *Psalmos* interpretabitur quinquies h. X.

EDUARDUS MEUSS, Dr. P. P. O. Publice I. *Exercitationes ad theologiam systematicam pertinentes in seminario regio* moderabitur d. Lun. h. V. et VI. II. *Exercitationibus catecheticis in seminario practico instituendis* praeerit d. Iov. h. IV. et V. Privatim III. *Ethicen theologicam* docebit d. Lun. Mart. Iov. Ven. Sat. h. XI. IV. *Theologiam symbolicam* tradet d. Lun. Mart. Iov. Ven. Sat. h. XII.

FRIDERICUS GUILELMUS SCHULTZ, Dr. P. P. O. Publice I. *Exercitationes in Nov. Test. interpretando* moderabitur *in seminario regio* d. Merc. h. V. et VI. Privatim II. *Epistulam ad Romanos datam* interpretabitur quinquies h. IX. III. *Genesin* interpretabitur quinquies h. X.

HERMANNUS WEINGARTEN, Dr. P. P. O. Publice I. *Exercitationes ad historiam ecclesiae pertinentes in seminario regio* moderabitur d. Mart. h. V. et VI. Privatim II. *Historiam ecclesiae medii aevi* (historiae ecclesiasticae partem secundam) tradet quinquies h. XI. III. *Historiam dogmatum christianorum* docebit quinquies h. XII.

CHRISTOPHORUS HERMANNUS SCHMIDT, Dr. P. P. O. Publice I. *Exercitationes homileticas in seminario regio practico instituendas* moderabitur d. Lun. h. III. et IV. Privatim II. *Theologiae dogmaticae partem priorem sive universalem* docebit quinquies h. VIII. III. *Theologiae practicae partem alteram quae est de arte catechizandi, de cura animarum, de regimine ecclesiastico* tradet quinquies h. IX.

CHRISTIANUS FRIDERICUS DAVID ERDMANN, Dr. P. P. O. hon. Per semestre aestivum negotiis ecclesiasticis impeditus lectiones non habebit.

ERNESTUS KUEHL, Theol. Lic., Phil. Dr. Gratis. *Iacobi epistulam* interpretabitur d. Merc. h. XII. Privatim. *Epistulam ad Hebraeos datam* interpretabitur d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. XII.

EDUARDUS BRATKE, Theol. Lic., Phil. Dr. Privatim. *Historiam evangelici cultus dei et cantus ecclesiastici evangelici* tradet d. Sat. h. IX. et X.

ORDO THEOLOGORUM CATHOLICORUM.

IOSEPHUS HENRICUS FRIEDLIEB, Dr. P. P. O. h. t. Dec. Publice I. *In seminario regio theol. cath. sodalium exercitationes in Nov. Test.* moderabitur d. Sat. h. X. et XI. II. *Hermeneuticam biblicam una cum arte critica* tradet d. Iov. et Ven. h. X. Privatim III. *Epistulam S. Pauli ad Hebraeos* explicabit d. Lun. Mart. Merc. h. X.

FRANCISCUS ANTONIUS BITTNER, Dr. P. P. O. Publice. *De concilio Vaticano* disseret d. Lun. Mart. Merc. h. IX.

FERDINANDUS ATHANASIUS PROBST, Dr. P. P. O. Publice I. *De sacrificio missae* disseret d. Ven. h. III., d. Sat. h. IX. Privatim II. *Theologiae pastoralis partem alteram* docebit d. Lun. Mart. Merc. Iov. h. IX.

HUGO LAEMMER, Dr. P. P. O. Publice I. *In seminario regio theol. cath. sodalium exercitationes patrologicas* moderabitur d. Iov. h. X. Privatim II. *Historiam ecclesiae universalem ab aevo inde apostolico ad pontificatum usque S. Gregorii M.* enarrabit d. Lun. Mart. Ven. Sat. h. XI. III. *Iuris ecclesiastici partem priorem* tradet d. Merc. et Iov. h. XI. ac Ven. et Sat. h. XII.

PAULUS SCHOLZ, Dr. P. P. O. Publice I. *In seminario regio theol. cath. sodalium exercitationes in Vet. Test.* moderabitur d. Sat. h. X. et XI. Privatim II. *Introductionem in Vet. Test.* tradet d. Iov. Ven. Sat. h. VIII. III. *Prophetas minores* interpretabitur d. Lun. Mart. Merc. h. VIII.

ARTHURUS KOENIG, Dr. P. P. O. Publice I. *In seminario regio theol. cath. exercitationes dogmaticas* moderabitur h. def. II. *Repetitorium theologiae dogmaticae* instituet d. Merc. h. VI. Privatim III. *Theologiae dogmaticae specialis partem tertiam* docebit d. Lun. Mart. Merc. Iov. h. XII. IV. *Apologeticae partem alteram* tradet d. Lun. Merc. Ven. h. V.

IOANNES KAYSER, Dr. P. P. O. hon. Lectiones non habebit.

ADAMUS KRAWUTZCKY, Dr. P. P. E. Publice I. *Ascesis christianae historiam* tradet d. Iov. h. VII. Privatim II. *Theologiae moralis partem alteram* docebit d. Lun. Mart. Merc. Ven. Sat. h. VII.

CAROLUS IOSEPHUS MUELLER, Dr. P. P. E. Privatim. *Introductionem generalem et specialem in Nov. Test. libros* tradet ternis per hebd. diebus h. def.

ORDO IURECONSULTORUM.

CAROLUS L. B. DE STENGEL, Dr. P. P. O. h. t. Dec. Publice I. *Ius publicum quod pertinet ad colonias imperii Germanici* docebit d. Mart. h. VI. Privatim II. *Philosophiam iuris* docebit d. Mart. Merc. Iov. h. VII. III. *Ius publicum Germanicum et Borussicum* tradet d. Lun. Mart. Merc. Iov. Ven. h. XI.

LUDOVICUS GITZLER, Dr. P. P. O. Publice. *Ordinem iudiciorum et cognitionum in causis matrimonialibus* exponet d. Lun. et Mart. h. XII.

HERMANNUS SEUFFERT, Dr. P. P. O. Publice I. *In seminario regio exercitationes iuris criminalis et processus civilis* moderabitur d. Lun. h. V. et VI. Privatim II. *Ius criminale* docebit quotidie h. VIII. III. *Processum criminalem* exponet d. Lun. Mart. Merc. Iov. Ven. h. IX.

IACOBUS BEHREND, Dr. P. P. O. Publice I. *In seminario regio exercitationes iuris Germanici* moderabitur d. Merc. h. V. et VI. Privatim II. *Ius privatum Germanicum* docebit d. Mart. Merc. Iov. Ven. Sat. h. IX., d. Lun. h. IX. et X. III. *Historiam iuris Germanici* tradet d. Mart. Merc. Iov. Ven. Sat. h. X.

SIGFRIDUS BRIE, Dr. P. P. O. Publice I. *De finibus inter civitatem et ecclesiam regundis* disseret d. Sat. h. XI. Privatim II. *Ius ecclesiasticum Catholicorum et Evangelicorum* docebit quinis prioribus hebd. diebus h. XI. III. *Encyclopaediam iuris* tradet d. Lun. Merc. Ven. h. X. IV. *Ius gentium hodiernum* exponet d. Mart. Iov. Sat. h. X.

HERMANNUS SCHOTT, Dr. P. P. O. Publice I. *Ius familiae* docebit d. Merc. h. V. Privatim II. *Historiam iuris Romani* exponet d. Lun. Mart. Merc. Iov. Ven. h. VIII. III. *Doctrinam iuris civilis de obligationibus et hereditatibus* explicabit d. Lun. Mart. Merc. Iov. Ven. h. IX. et d. Lun. Mart. Iov. h. V. IV. *Exercitationes iuris civilis* moderabitur d. Ven. h. V—VII.

MAURICIUS WLASSAK, Dr. P. P. O. Publice I. *Doctrinam de pignoribus* tractabit d. Sat. h. XI. Privatim II. *Institutiones iuris Romani* exponet d. Lun. Mart. Merc. Iov. Ven. h. IX. III. *Pandectarum doctrinam generalem et ius quod pertinet ad res* tradet d. Lun. Mart. Merc. Iov. Ven. h. VIII., d. Sat. h. VIII. et IX.

FELIX FRIDERICUS BRUCK, Dr. P. P. E. Publice I. *Ius quod ad inventiones pertinet (Patentrecht)* docebit d. Sat. h. XI. Privatim II. *Ius ad rem rusticam pertinens* docebit d. Lun. Mart. Merc. Iov. h. XI. III. *Theoriam processus civilis* tradet quotidie h. XII.

GEORGIUS EGER, Dr. Privatim I. *Ius commercii et cambiale* tradet ter per hebd. h. def. II. *Ius postale et telegraphicum* docebit semel per hebd. h. def.

MAXIMILIANUS PAPPENHEIM, Dr. Gratis I. *Historiam iuris criminalis Germanici* exponet d. Sat. h. XII. Privatim II. *Ius privatum Borussicum* tradet d. Lun. Mart. Merc. Iov. Ven. h. VII.

CHRISTIANUS MEURER, Dr. Privatim I. *Ius ecclesiasticum Catholicorum et Evangelicorum* docebit d. Lun. Mart. Merc. Iov. Ven. h. XII. II. *Ius matrimonii ecclesiasticum et civile* tractabit d. Sat. h. XI. et XII.

ERNESTUS STAMPE, Dr. Privatim I. *Exercitationes exegeticas de iure Romano* moderabitur d. Mart. et Iov. h. XI. II. *Disputationes ad pandectarum doctrinam pertinentes* reget d. Merc. et Ven. h. X., d. Mart. et Iov. h. XII.

ORDO MEDICORUM.

HENRICUS FRITSCH, Dr. P. P. O. h. t. Dec. Publice I. *Historiam et pathologiam et therapiam pelvis angustae* exponet d. Merc. h. IV. Privatim II. *Exercitationes clinicas et policlinicas gynaecologicas* moderabitur quinquies per hebd. h. III. III. *Exercitationes artis obstetriciae phantomate adhibito* habebit d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. IV.

RUDOLPHUS PETRUS HENRICUS HEIDENHAIN, Dr. P. P. O. Publice I. *De calore animali* disseret d. Lun. h. IV. Privatim II. *Physiologiae experimentalis partem priorem physiologiam generalem et functiones musculorum atque systematis nervosi continentem* tradet quotidie h. VII. III. *Histologiam* docebit d. Merc. et Sat. h. IX. Privatissime IV. a) *Cursum microscopicum* diriget d. Mart. et Merc. vel d. Iov. et Ven. h. III. et IV. b) *Exercitationes practicas in instituto physiologico* regere perget quotidie horis matutinis et vespertinis.

ANTONIUS BIERMER, Dr. P. P. O. Publice I. *De morbis ventriculi* disseret d. Ven. h. XII. Privatim II. *Capita selecta pathologiae specialis* docebit d. Lun. Mart. Iov. h. IX. III. *Clinicum et policlinicum medicum* moderabitur quinquies per hebd. h. X½—XII.

HERMANNUS FISCHER, Dr. P. P. O. Publice I. *De tumoribus* disseret h. def. Privatim II. *Clinicum et policlinicum chirurgicum* moderabitur quinquies per hebd. h. VII—IX½. III. *Cursum operationum chirurgicarum* instituet ter per hebd. h. V—VII. vesp. (una cum Richter, P. P. E.).

RICHARDUS FOERSTER, Dr. P. P. O. Publice I. *De relationibus quae intercedunt inter morbos totius corporis et morbos organi visus* disseret d. Iov. h. XII. Privatim II. *Clinicum et policlinicum ophthalmologicum* moderabitur d. Lun. Merc. Sat. h. XII—I¼. Privatissime III. *Exercitationes operationum quae in oculo instituuntur practicas* instituet d. Mart. et Ven. h. XII.

CAROLUS HASSE, Dr. P. P. O. Publice I. *Morphologiam integumenti* docebit semel per hebd. h. VIII. Privatim II. *Morphologiae partem secundam* tradet quotidie h. XII. et d. Iov. h. X. III. *De organis sensuum hominis animaliumque* disseret quater h. IX.

AEMILIUS PONFICK, Dr. P. P. O. Publice I. *Exercitationes in instituto pathologico* moderabitur. Privatim II. *Cursum demonstrativum anatomiae pathologicae* habebit d. Lun. Merc. Ven. h. VIII¼—IX½, simul cum exercitationibus necropticis d. Sat. h. VII—IX. III. *Cursum practicum histologiae pathologicae* instituet d. Lun. et Iov. h. VIII¼—X¼, d. Sat. h. IX—XI. IV. *Anatomiae pathologicae partem specialem* tradet quotidie excepto d. Sat. h. III.

GUILELMUS FILEHNE, Dr. P. P. O. Publice I. *De intoxicationibus nonnullis* disseret d. Ven. h. VI. Privatim II. *Pharmacologiam demonstrationibus adiunctis* tractabit quinquies per hebd. h. V. III. *Balneologiam* docebit d. Lun. et Iov. h. XII.

CAROLUS IMMANUEL KLOPSCH, Dr. P. P. E. Publice I. *Historiam chirurgiae recentioris* tradet semel per hebd. h. V. Privatim II. *Orthopaediam* docebit bis per hebd. h. def.

RUDOLPHUS VOLTOLINI, Dr. P. P. E. Publice I. *Anatomen organi auditus quoad morbos eiusdem* tradet d. Lun. h. V. Privatissime II. *Cursum laryngoscopicum et rhinoscopicum* instituet bis per hebd. h. def.

LEOPOLDUS AUERBACH, Dr. P. P. E. Publice I. *De historia naturali protozoorum* disseret semel per hebd. Privatim II. *De generatione et embryologia vertebratorum* disseret bis per hebd.

HERMANNUS LUDOVICUS COHN, Dr. P. P. E. Publice I. *Exercitationes ophthalmologicas propaedeuticas* habebit d. Merc. h. V. Privatim II. *Cursum ophthalmoscopicum* instituet d. Mart. et Ven. h. IV.

RICHARDUS GSCHEIDLEN, Dr. P. P. E. Publice I. *De urinae chemia* disseret d. Lun. h. V. Privatim II. *Hygienen publicam demonstrationibus illustratam* docebit d. Lun. et Mart. h. II. Privatissime III. *Exercitationes hygienes in modum seminarii* diriget semel per hebd. h. def.

AEMILIUS RICHTER, Dr. P. P. E. Publice I. *Amputationes et resectiones artuum* docebit semel per hebd. Privatim II. *De aciurgia speciali* disseret ter per hebd. h. IV. III. *Operationes chirurgicas in cadavere exercendas* demonstrabit (una cum Fischer, P. P. O.) ter per hebd. h. V. et VI.

LUDOVICUS HIRT, Dr. P. P. E. Publice I. *Selecta capita hygienes publicae* commilitonibus omnium ordinum enarrabit semel per hebd. Privatim II. *Clinicum et policlinicum morborum systematis nervosi* moderabitur d. Sat. h. III. et IV.

IULIUS SOMMERBRODT, Dr. P. P. E. Publice I. *De pulsu arteriarum* disseret semel per hebd. Privatim II. *Selecta capita pathologiae et therapiae specialis* tradet quater per hebd.

ALBERTUS NEISSER, Dr. P. P. E. Publice I. *Therapiam generalem et specialem morborum cutaneorum* docebit d. Sat. h. XI. Privatim II. *Clinicum et policlinicum morborum cutaneorum et venereorum* moderabitur d. Lun. Merc. Iov. h. IX½—X½.

OTTO SOLTMANN, Dr. P. P. E. Publice I. *De naturali et artificiali infantium nutritione una cum demonstrationibus* disseret d. Lun. h. V. Privatim II. *Clinicum et policlinicum paediatricum* moderabitur d. Mart. et Ven. h. V et VI. III. *Cursum practicum de hygiene et de vaccinatione rite instituenda* habebit d. Iov. h. V.

HUGO MAGNUS, Dr. P. P. E. Publice I. *Exercitationes clinicas* instituet bis per hebd. Privatim II. *Exercitationes ophthalmoscopicas* reget bis per hebd.

GUSTAVUS BORN, Dr. P. P. E. Publice I. *Osteologiam et syndesmologiam generalem* tractabit semel per hebd. h. VII. Privatim II. *Osteologiam et syndesmologiam hominis specialem* docebit bis per hebd. h. VII.

CAROLUS WERNICKE, Dr. P. P. E. Publice I. *De cerebri structura et functionibus* disseret d. Sat. h. XII. Privatim II. *De morbis psychicis et neuralogicis* disseret d. Mart. et Ven. h. IX. III. *Clinicum psychiatricum et neuralogicum* moderabitur d. Lun. et Merc. h. XII.

GUILELMUS ROUX, Dr. P. P. E. Publice I. *Anatomiam nervorum periphericorum hominis* docebit semel per hebd. Privatim II. *Autogenesin cum mechanice autogeneseos* tractabit bis per hebd. h. VIII.

IULIUS BRUCK, Dr. Privatim I. *Pathologiam et therapiam specialem morborum dentium* exponet bis per hebd. h. XII. Privatissime II. *Policlinicum odontiatricum* moderabitur quotidie h. def.

IACOBUS GOTTSTEIN, Dr. Gratis I. *Exercitationes diagnosticas et therapeuticas de morbis organi auditus* habebit semel per hebd. h. def. Privatissime II. *Exercitationes rhinoscopicas et laryngoscopicas policlinice morborum nasi, pharyngis, laryngis adiuncta* moderabitur bis per hebd. h. def.

ERNESTUS FRAENKEL, Dr. Gratis I. *Repetitorium artis obstetriciae* instituet semel per hebd. h. def. Privatim II. *Exercitationes gynaecologicas propaedeuticas* habebit d. Mart. Iov. Ven. h. II.

GUSTAVUS IOSEPH, Dr. Privatim I. *Zoologiam medicinalem* docebit ter per hebd. h. def. II. *Capitis humani osteologiam, anatomen capitis universalem respecturus* tradet bis per hebd. h. def.

IOANNES KOLACZEK, Dr. Gratis I. *De tumoribus* adiunctis demonstrationibus microscopicis disseret semel per hebd. h. def. Privatim II. *De operationibus plasticis* disseret ter per hebd. h. def.

OTTOMARUS ROSENBACH, Dr. Gratis I. *De principalibus internae medicinae et explorandi et curandi methodis* demonstrationibus adiunctis disseret bis per hebd.

ALFREDUS BUCHWALD, Dr. Gratis I. *De therapia morbi renum et de renoscopia* disseret semel per hebd. Privatim II. *Capita selecta materiae medicae et therapiae* exponet bis per hebd.

IOSEPHUS IACOBI, Dr. Gratis I. *De historia et prophylaxi cholerae morbi* disseret semel per hebd. Privatim II. *Medicinam forensem* tradet bis per hebd. Privatissime et gratis III. *Theoriam et praxin vaccinandi* tradet h. def.

MAXIMILIANUS WIENER, Dr. Gratis I. *De physiologia foetus* aget d. Sat. h. II. Privatim II. *De morbis mulierum* disseret d. Lun. et Iov. h. II.

MAXIMILIANUS BERNHARDUS FREUND, Dr. Gratis I. *Paediatrices capita selecta* tradet semel per hebd. h. def. Privatim II. *De vaccinatione cum exercitationibus practicis* aget semel per hebd. h. def.

TRAUGOTT KRONER, Dr. Gratis I. *Exercitationes gynaecologicas diagnosticas* habebit d. Sat. h. II. Privatim II. *De pathologia et therapia puerperii* disseret d. Lun. et Iov. h. V.

FRANCISCUS ROEHMANN, Dr. Privatim I. *Chemiam physiologicam* docebit d. Lun. Iov. Ven. h. VIII. Privatissime II. *Exercitationes chemiae practicas* in usum et eorum, qui his studiis operam dare incipiunt, et eorum, qui longius provecti sunt, habebit bis per hebd. h. def.

ARNOLDUS HILLER, Dr. Gratis. *Hygienes militaris partem alteram (hygienen castrorum atque itineris, vestitus et armaturae, alimentationis, atque morbos ex itineribus contractos continentem)* tractabit bis per hebd. h. def.

CAROLUS PARTSCH, Dr. Gratis I. *De luxationibus* disseret semel per hebd. Privatim II. *De fracturis ossium* disseret ter per hebd. III. *Desmologiam* tractabit semel per hebd.

CAROLUS SCHOENLEIN, Dr. Gratis I. *De animalium electricitate* disseret semel per hebd. Privatim II. *Repetitorium physiologiae* instituet bis per hebd.

IOSEPHUS SCHROETER, Dr. Gratis I. *De fungis esculentis et nocivis* disseret semel per hebd. II. *De aëris et aquae relationibus hygienicis* disseret. Privatim III. *De fungis quibus morbi herbarum cultarum efficiuntur* disseret bis per hebd. IV. *Exercitationes ad investigandos et determinandos et colendos fungos spectantes* habebit h. def.

ADOLPHUS LESSER, Dr. Privatim. *Medicinam forensem* docebit bis per hebd.

ORDO PHILOSOPHORUM.

OSCARUS AEMILIUS MEYER, Dr. P. P. O. h. t. Dec. Publice I. *Seminarii physico-mathematici exercitationes* moderabitur d. Merc. h. VII. Privatim II. *Opticen* experimentis illustrabit d. Lun. Mart. Merc. Iov. h. XI. III. *Theoriam electricitatis et magnetismi mathematicam* tradet d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. VII. Privatissime IV. *In laboratorio physico* commilitonibus in experimentis iam versatis aderit quotidie.

CAROLUS IACOBUS LOEWIG, Dr. P. P. O. Publice I. *De analysi chemica* disseret ter per hebd. h. XII. Privatim II. *Chemiam anorganicam* docebit et *experimentis* illustrabit quotidie h. VIII. Privatissime III. *In laboratorio chemico* operam daturis aderit quinquies per hebd. horis consuetis.

ADOLPHUS FRIDERICUS STENZLER, Dr. P. P. O. Publice I. *Institutiones linguae Sanscritae* continuabit d. Mart. et Ven. h. IV. Privatim II. *Grammaticam linguae Sanscritae* docebit d. Mart. et Ven. h. III.

CAROLUS WEINHOLD, Dr. P. P. O. Publice I. *Seminarii Germanici exercitationibus* praeerit d. Merc. h. VII. et VIII. Privatim II. *Nibelungiadem* interpretabitur d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. VIII.

RICHARDUS ROEPELL, Dr. P. P. O. Publice I. *Exercitationes seminarii historici* moderari perget bis per hebd. Privatim II. *Historiam Germaniae inde ab a. 1815* docere perget bis per hebd. h. XII.

FERDINANDUS ROEMER, Dr. P. P. O. Publice I. *Exercitationes mineralogico-geognosticas* instituet d. Sat. h. IX. Privatim II. *Mineralogiam* docebit quinquies per hebd. h. VIII. III. *Palaeontologiam* docebit quater per hebd. h. X. Privatissime et gratis IV. *In museo mineralogico* operam daturis aderit quotidie h. XI. et XII.

MARTINUS HERTZ, Dr. P. P. O. Publice I. *Seminarii philologici exercitationes* moderari perget d. Merc. h. IX et X. Privatim II. *Philologiae apud veteres historiam usque ad interitum imperii Romanorum occidentalis* enarrabit d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. IX.

IOANNES GODOFREDUS GALLE, Dr. P. P. O. Publice I. *Calculum eclipsium solis* explicabit d. Sat. h. IX. Privatim II. *De longitudine et latitudine geographica determinanda* disseret d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. IX.

AUGUSTUS ROSSBACH, Dr. P. P. O. Publice I. *Seminarii philologici exercitationes* moderabitur bis per hebd. h. def. II. *Exercitationibus archaeologicis* praeerit h. def. Privatim III. *Historiam criticam carminum Homericorum* docebit et *primam Iliadis rhapsodiam* explicabit d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. VII. IV. *Historiam artis plasticae Graecorum* illustrabit et *musei archaeologici monumenta* interpretabitur d. Merc. h. VII. et VIII. et d. Sat. h. VII.

HENRICUS EDUARDUS SCHROETER, Dr. P. P. O. Publice I. *Exercitationes mathematicas in seminario mathematico-physico* instituet semel per hebd. h. def. Privatim II. *Theoriam generalem superficierum curvarum et linearum duplicis curvaturae* docebit d. Lun. Merc. Ven. h. X. III. *Capita selecta geometriae syntheticae* exponet d. Mart. et Iov. h. X.

THEODORUS POLECK, Dr. P. P. O. Publice I. *Colloquium chemico-pharmaceuticum* instituet d. Sat. h. VII. mat. Privatim II. *Chemiam anorganicam ratione pharmaciae habita* tradet et experimentis illustrabit sexies per hebd. h. IX. III. *Analysin volumetricam* docebit d. Mart. et Iov. h. VII. mat. IV. *Toxicologiam chemico-forensem* docebit et experimentis illustrabit d. Lun. Merc. Ven. h. VII. mat. V. *In instituti pharmaceutici laboratorio exercitationes chemicas praecipue ad pharmaciam, chemiam forensem, hygienen publicam spectantes* moderabitur quinquies per hebd. ab h. IX. usque ad h. V.

VLADISLAUS NEHRING, Dr. P. P. O. Publice I. *Introductione facta selecta capita mythologiae Slavicae* tractabit d. Sat. h. XII. Privatim II. *Historiam litterarum in Polonia et Russia saec. XVIII* enarrare perget h. def. III. *Exercitationes Slavo-philologicas* instituet d. Lun. Merc. Iov. h. VI.

ANTONIUS SCHNEIDER, Dr. P. P. O. Publice I. *Historiam naturalem insectorum* docebit d. Merc. h. X. Privatim II. *Zoologiam generalem rerum naturalium aeque ac medicinae studiosis destinatam* docebit d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. X. III. *Exercitationes zoologicas et microscopicas* moderabitur (una cum Rohde, Dr.) d. Mart. et Iov. h. V. et VI.

GUILELMUS STUDEMUND, Dr. P. P. O. Publice I. *Seminarii philologici exercitationes* (proposito Ciceronis de legibus libro II) *et disputationes* moderabitur d. Sat. h. X—I. Privatim II. *Romanorum religionem et antiquitates sacras* enarrabit d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. X. III. *Palaeographiam Graecam* docebit d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. XII.

EDUARDUS MAGNUS, Dr. P. P. O. Valetudine impeditus scholas non habebit.

FERDINANDUS COHN, Dr. P. P. O. Publice I. *De fungis* disseret d. Lun. et Iov. h. V. Privatim II. *Elementa botanices universae* tradet d. Lun. Mart. Merc. Iov. Ven. h. XI., d. Mart. et Merc. h. VI. III. *Cursum microscopicum* tironibus offert quater per hebd. Privatissime IV. *In instituto phytophysiologico* operam daturis aderit.

AUGUSTUS DE MIASKOWSKI, Dr. P. P. O. Privatim I. *Doctrinam fructuum publicorum* docebit d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. IV. II. *Historiam doctrinae fructuum publicorum* docebit d. Ven. h. V. III. *Oeconomiae publicae partem specialem* docebit d. Lun. Mart. Iov. h. V. Privatissime et gratis IV. *Exercitationes oeconomico-politicas* moderari perget bis per hebd. h. def.

GUILELMUS LEXIS, Dr. P. P. O. Publice I. *De rationibus commercii* disseret d. Merc. h. IV. Privatim II. *Oeconomiae politicae partem generalem* docebit d. Mart. Merc. Iov. Ven. h. XI. Privatissime et gratis III. *Exercitationes politico-oeconomicas* moderabitur bis per hebd. h. def.

IACOBUS ROSANES, Dr. P. P. O. Privatissime et gratis I. *Exercitationes mathematicas in seminario mathematico-physico* moderabitur semel per hebd. Privatim II. *Capita e geometria analytica selecta* exponet bis per hebd. h. VIII. III. *Elementa theoriae numerorum* docebit bis per hebd. h. VIII.

GUSTAVUS ADOLPHUS ENGLER, Dr. P. P. O. Publice I. *Excursiones quas vocant botanicas* (una cum Pax, Dr.) instituet. Privatim II. *Botanicen specialem (familias naturales)* exponet quater per hebd. d. Mart. et Merc. h. V., d. Iov. et Ven. h. VI. in horto botanico. Privatissime III. *Cursum microscopicum inprimis ad pharmaciam spectantem* instituet d. Merc. h. XI. et XII. Privatissime et gratis IV. *Colloquium botanicum* reget.

THEODORUS WEBER, Dr. P. P. O. Privatim I. *Historiam philosophiae recentioris* enarrabit d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. IV. Publice II. *Exercitationes psychologicas et metaphysicas* instituet d. Merc. h. IV.

BENNO ERDMANN, Dr. P. P. O. Publice I. *Exercitationes philosophas (psychologicas)* moderabitur d. Merc. Sat. h. VII matutina. Privatim II. *Logicam* docebit d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. IV. III. *Encyclopaediam philosophiae* tradet d. Lun. Mart. Iov. h. V.

FRANCISCUS PRAETORIUS, Dr. P. P. O. Privatim I. *Scripturae cuneatae et linguae assyriacae elementa* tradet d. Lun. et Merc. h. IV. II. *Scripta syriaca* interpretabitur d. Mart. et Iov. h. IV. III. *Zamahšarii opus grammaticum cui Almufassal inscriptum est* interpretabitur d. Lun. et Merc. h. V. Publice IV. *Exercitationes ad linguam arabicam spectantes* moderabitur d. Mart. h. V.

WALTERUS DE FUNKE, Dr. P. P. O. Publice I. *Theoriam rei rusticae inde ab Albrechti Thaer aetate* historice explicabit d. Mart. h. XII. II. *Excursiones oeconomicas in praedia rustica et demonstrationes practicas* instituet diebus et horis definiendis. Privatim III. *Doctrinam de computatione et taxatione in rebus rusticis adhibenda adiunctis exercitationibus* docebit d. Iov. Ven. Sat. h. VIII. IV. *Disciplinam rei bovinae* tradet d. Mart. et Merc. h. VIII.

IACOBUS CARO, Dr. P. P. O. Privatim I. *Historiam universalem (politicam atque litterariam) temporis inde ab a. 1648 usque ad a. 1789* enarrabit ter per hebd. h. XII. Privatissime et gratis II. *Exercitationes historicas* binis horis per hebd. moderabitur.

CLEMENS BAEUMKER, Dr. P. P. O. Publice I. *Fragmenta philosophorum qui ante Socratem fuerunt* interpretanda proponet d. Mart. h. VI. et VII. Privatim II. *Antiquorum philosophorum sententias* enarrabit d. Mart. Merc. Iov. Ven. h. IV. III. *Historiam paedagogices* docebit d. Mart. Merc. Iov. h. V.

ADOLPHUS GASPARY, Dr. P. P. O. Publice I. *Exercitationes Provinciales seminarii Romanensis* moderabitur d. Sat. h. X. et XI. Privatim II. *De linguae Francogallicae sonis et formis* disseret d. Lun. Mart. Merc. Iov. Ven. h. XII.

THEODERICUS SCHAEFER, Dr. P. P. O. Privatim I. *Historiam imperatorum Teutonicorum* tradet d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. IX. Privatissime et gratis II. *Exercitationes seminarii historici* moderabitur d. Lun. h. VI. et VII.

IOSEPHUS PARTSCH, Dr. P. P. O. Publice I. *Historiam geographiae apud Graecos et Romanos* enarrabit d. Mart. Merc. Iov. h. III. Privatim II. *Geographiam Germaniae* explicabit d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. X.

EDUARDUS MEYER, Dr. P. P. O. Publice I. *Exercitationes seminarii historici* moderabitur d. Iov. h. VI. et VII. Privatim II. *Historiam imperii Romani a pugna Pydnensi (a. 168 a. Chr.) usque ad Antoninorum tempus* enarrabit d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. XI. III. *Historiam Israelitarum* enarrabit d. Merc. et Sat. h. XI.

EUGENIUS KOELBING, Dr. P. P. O. Publice I. *De Miltonis vita et scriptis* disseret d. Merc. h. VI. Privatim II. *Shakespearii fabulam quae Macbeth inscribitur* interpretabitur d. Ven. h. X et XI. III. *Beowulf carmen anglosaxonicum* interpretabitur d. Iov. h. X. et XI. IV. *Eddae carmina selecta* leget cum commilitonibus d. Iov. h. VI. et VII. Privatissime et gratis V. *Seminarii Anglici exercitationibus* praeerit d. Ven. h. VI. et VII.

RICHARDUS COLMARUS GRUENHAGEN, Dr. P. P. E. Privatim I. *Historiam regni Borussici inde ab anno 1756* enarrabit d. Mart. et Ven. h. VIII. Privatissime et gratis II. *Exercitationes historico-diplomaticas* habebit d. Merc. h. II. et III.

IACOBUS FREUDENTHAL, Dr. P. P. E. Privatim I. *Historiam philosophiae Graecae* enarrabit d. Lun. Merc. Iov. Ven. h. V. Privatissime et gratis II. *Exercitationes philosophas de Aristotelis psychologia* moderabitur d. Mart. h. V.

VICTOR DE RICHTER, Dr. P. P. E. Publice I. *Colloquium chemicum* instituet semel per hebd. Privatim II. *Chemiam technicam* docebit bis per hebd.

HUGO WEISKE, Dr. P. P. E. Publice I. *Analysin chemicam ad agriculturam pertinentem* tradet et demonstrationibus illustrabit d. Sat. h. X. Privatim II. *Exercitationes chemicas ad agriculturam pertinentes* moderabitur quinquies per hebd. h. II—V. III. *De animalium domesticorum pastione* disseret d. Iov. et Ven. h. X.

RICHARDUS METZDORF, Dr. P. P. E. Publice I. *Demonstrationes ad morbos animalium domesticorum pertinentes* instituet d. Merc. h. IV. Privatim II. *De equis* disseret d. Mart. Merc. Iov. h. IX. III. *Hygienen animalium domesticorum* docebit d. Mart. h. IV. Privatissime IV. *In laboratorio instituti veterinarii* operam daturis aderit bis per hebd. h. def.

SIGFRIDUS FRIEDLAENDER, Dr. P. P. E. Publice I. *De compositione lactis eiusque analysi chemica* disseret d. Merc. h. X. Privatim II. *Technologiam lactis* docebit d. Lun. et Mart. h. X. III. *In instituti technologici laboratorio* operam daturis aderit d. Lun. Mart. Iov. h. II—V.

FRIDERICUS HOLDEFLEISS, Dr. P. P. E. Publice I. *Doctrinam rei oviariae* tractabit d. Iov. h. XII. Privatim II. *Doctrinae agriculturae partem specialem* tradet d. Lun. h. VIII. et IX., d. Sat. h. XI. III. *Chemiam agriculturae* docebit d. Ven. et Sat. h. IX.

CONRADUS ZACHER, Dr. P. P. E. Publice I. *Theocriti idyllia* interpretabitur *adiunctis exercitationibus,* binis per hebd. h. def. Privatim II. *Taciti Annalium librum I* explicabit d. Mart. Iov. Ven. h. VIII.

LEONARDUS WEBER, Dr. P. P. E. Publice I. *Mensurarum physicalium unitatum rationem* exponet d. Sat. h. IX. Privatim II. *Apparatuum et instrumentorum quibus physicis utendum est rationem* demonstrabit d. Mart. Merc. Iov. Ven. h. IX. Privatissime III. *Quaestionibus physicis selectis* operam daturis aderit quotidie in laboratorio physico.

ALFREDUS HILLEBRANDT, Dr. P. P. E. Publice I. *Scripta Vedica* interpretari perget d. Lun. et Iov. h. VI. II. *De Buddhae vita et doctrina* disseret d. Merc. h. VI. Privatim III. *Grammaticam linguae Avesticae* docebit d. Mart. et Ven. h. VIII.

OSCARUS ERDMANN, Dr. P. P. E. Privatim I. *De Schilleri vita scriptisque* disseret d. Mart. et Ven. h. III. II. *Linguae Theotiscae saeculorum XII. et XIII. elementa* tradet d. Lun. et Iov. h. III. Privatissime et gratis III. *Exercitationes in legendis interpretandisque carminibus Theotiscis saeculorum XII. et XIII.* instituet cum sodalibus ad studia Theotisca accessuris d. Merc. h. III. et IV.

AUGUSTUS SCHMARSOW, Dr. P. P. E. Publice I. *Artium technicarum historiam inde ab initio medii aevi* illustrabit d. Mart. et Iov. h. XII. Privatim II. *Artium plasticarum apud Christianos historiam* adumbrabit d. Lun. Merc. Ven. h. XII. Privatissime III. *Exercitationes Vasarianas* offert.

SIGMUNDUS FRAENKEL, Dr. P. P. E. Publice I. *De Corano* disseret d. Mart. h. V. Privatim II. *Elementa linguae Arabicae* docebit d. Lun. et Iov. h. VII. III. *Ibn Ganâhi Kitâb-al-Usûl* interpretabitur d. Merc. h. VII. et VIII. Privatissime et gratis IV. *Exercitationes Aramaicas* instituet d. Mart. h. VII.

CAROLUS HINTZE, Dr. P. P. E. Publice I. *Elementa geologiae* tradet omnium ordinum commilitonibus d. Merc. h. XII. Gratis II. *Excursiones mineralogicas* instituet diebus def. Privatim III. *Crystallographiam et geometricam et physicam* docebit d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. IV. Privatissime IV. *In laboratorio mineralogico* operam daturis aderit quotidie.

HENRICUS GRAETZ, Dr. P. P. hon. Privatim. *Sanctae terrae geographiam et topographiam* docebit d. Lun. et Merc. h. XII.

FELIX BOBERTAG, Dr. Gratis I. *De Lessingii fabula Nathan der Weise* disseret semel per hebd. h. def. Privatim II. *Historiam litteraturae Theotiscae nostri saeculi (partem II.)* tradet bis per hebd. h. def.

FELIX AUERBACH, Dr. Privatim. *Calculum probabilitatum* docebit bis per hebd. h. def.

BERNARDUS KOSMANN, Dr. Privatim I. *De materia mineralium chemica* tractabit *elementa* quater per hebd. h. mat. def. Publice II. *Theoriam aquarum materiis mineralicis praeditarum, originem atque elementa earum* exponet bis per hebd. h. postmerid. def. Privatissime III. *In analysi chemica qualitativa et quantitativa exercitationes* moderabitur d. Lun. usque ad d. Ven. h. mat. X—I., postmerid. III—VI. in laboratorio proprio (Schweidnitzer Stadtgraben 13).

FRANCUS SCHWARZ, Dr. Privatim. *Physiologiam plantarum* docebit experimentisque illustrabit bis per hebd. d. Ven. et Sat. h. XII.

LEOPOLDUS COHN, Dr. Commeatu impetrato scholas non habebit.

AEMILIUS ROHDE, Dr. Privatim I. *Zoologiam animalium mammalium* docebit bis per hebd. h. def. II. *Exercitationes zoologicas et microscopicas* moderabitur (una cum Schneider, P. P. O.) d. Mart. et Iov. h. V. et VI.

FERDINANDUS PAX, Dr. Privatim I. *Morphologiam floris* docebit d. Lun. h. VI. et d. Iov. h. V. II. *Exercitationes ad plantas determinandas idoneas* moderabitur d. Lun. h. X. et XI. Gratis III. *Excursiones quas vocant botanicas* (una cum A. Engler, P. P. O.) instituet d. Sat. h. III.

ADOLFUS KNESER, Dr. Privatim. *Mechanicen analyticam* tradet quater per hebd. h. XI.

BERNARDUS BEYER. Privatim. *De architectura rusticana hydraulica, praecipue de derivatione aquarum per tubos subterraneos, de pratorum irrigatione et de aggerum exstructione, de mensurarum ratione et libratione* disseret ter per hebd.

EDUARDUS KAYSER. Gratis I. *Silvarum tutelam* docebit d. Lun. h. III. et IV. Privatim II. *Silvarum usum* tractabit d. Mart. h. III.

BERTHOLDUS STEIN. *Horticulturam oeconomicam* docebit d. Iov. h. III. et IV.

LECTORES LINGUARUM.

CAROLUS FREYMOND. Publice I. *De vita Beaumarchaisii et aequalium litteris* disseret semel per hebd. h. def. Privatim II. *Syntaxis Francogallicae eam partem, in qua de pronomine agitur, adiunctis exercitationibus* docebit bis per hebd. h. def. Privatissime III. *Comoedias duas a Beaumarchais scriptas, quae inscribuntur Le Barbier de Séville et Le Mariage de Figaro,* cum commilitonibus leget atque *exercitationes Francogallice loquendi et scribendi* instituet binis per hebd. h. def.

RAPHAEL LOEWENFELD, Dr. Privatim. *Linguae Russicae elementa* docebit et exercitationes moderabitur ter per hebd.

CAROLUS LENTZNER, Dr. Privatim I. *Linguae Anglicae elementa* tradet d. Mart. h. XI., d. Sat. h. XII. II. *Historiam litterarum Anglicarum saec. XVIII.* enarrabit d. Lun. Merc. h. XI. Privatissime et gratis III. *Macaulay's History of England* cum commilitonibus leget d. Mart. h. VI. et VII.

IULIUS SCHAEFFER, Dr. Prof. Gratis I. *Veteres psalmorum cantilenas* explicabit d. Merc. h. III. II. *Artem pluribus vocibus concinendi* docebit semel per hebd. binis horis def.

Artem rerum, quae ad physica pertinent, delineandarum docebit *Assmann,* taxidermiam *Tiemann,* artem batuendi *Pfeifer.*

Bibliotheca academica lecturis patebit quotidie h. IX—III, libros petituris et reddituris h. XI—I. Leges indicat scheda in conclavi studiis dicato proposita. Bibliotheca studiosorum propria patebit quotidie ab h. II usque ad h. IV. Reliquae huius urbis bibliothecae, Rhedigerana cum Burgiana consociata, item ea, quae fuit ad aedem S. Bernardini, denique tertia, quae ad aedem S. Mariae Magdalenae fuit, in novam curiam translatae patebunt quotidie ab h. X. ad h. II.

Collectiones rerum et instrumentorum ad physicam, astronomiam, anatomen, physiologiam, zoologiam, mineralogiam, rei rusticae doctrinam pertinentium, laboratorium chemicum, museum archaeologicum, collectio chalcographica inspiciendi venia suo loco et tempore impetrata monstrabuntur. Hortus botanicus diebus omnibus praeter dominicos patebit; rei herbariae studiosis, qui per hiemem plantarum hibernacula in hortis posita adire cupiverint, certis horis eius rei ab hortorum directore potestas fiet. Pinacotheca academica cum pinacotheca societatis artium Silesiacae, collectiones monumentorum in tumulis Slavo-Germanicis repertorum et ecclesiasticorum et nummorum mediae recentiorisque aetatis cum collectionibus societatis antiquitatum Silesiacae coniunctae sunt, ad easque aditus statis horis ac diebus gratis patet.

Museum ephemeridibus et scriptis periodicis legendis a societate academica in universitate institutum sociis patebit h. IX mat. — VIII vesp., diebus dominicis h. XI—II.

Ordinis evang. theol. commilitonibus secundum statuta stipendii Caussiani nuntiatur proximo semestri hiberno exeunte praemia ex hoc stipendio proposita legitime petentibus distributum iri. Qua de re suo tempore ordo theol. evang. maxime reverendus certiores eos faciet litteris ad valvas publicas affigendis.

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES
1010662774